
Origenis
Commentarii
in Cant. Canticorum
[illegible]

Manoscritti
Conventi
D
II
823







D.2.823

+ yhs

N.° 823. D. 2.

Iste liber est haeremi camaldulensis

Expositio ecce Cantici Canticorum videtur esse penitus diversa ab illa Epitalamii eiusdem Origenis a D. Hieronimo exposita. Sed praeter hos Libros III ad verbum Tomi IV a S.to Hieronimo expositis convenit cum ipsius prologo. Atque altera Expositio; nonetiam Libri tres isti sunt de illis decem de quibus loquitur D. Hieronimus in Epistola ad Papam Damasum quos exponendi ingentis fore otii laboris et sumptus, ideoque non transtulit ait libellum eiusdem Origenis Epitalamii.

5

LIBER CCCCXIX PRIM.

Incip̄ p̄l̄ogus in expositione cantici canticoꝝ. origenī.

Epithalamiū libell' hic . i. nuptiale carm̄. dramati in modū.
uidet michi a salomone conscript̄. quem cecinerit nubenti
sponse. et erga sponsū suū quiē. sermo diū celesti amore fla Sacre
granti. Adamauit enī eū siue anima. que ad imaginē eius Eremi
facta ē. siue eccl̄a. Sed magnificus hic ipse. ac pfectus sponsus.
qb; uerbis usus sit ad coniunctam sibi animā ut eccl̄am. Camaldoli
hec ipsa nos scriptura edoceat; Sodales quoq; sponse. adole
scentule cum sponsa posite. que dixerint. queq; etiā a I. C
mici ac sodales sponsi. ex eodem nichilominus libello. quod
canticū canticorū attitulat̄ agnoscimus. Possibilitas enim ~~Ed. 86~~
data est etiā ipsis amicis sponsi. aliqua dicere. ea dūtaxat.
que ab ipso audierant sponso. letantē de coniunctione spōse. O
Fit ergo sermo ab sponsa non solū ad sponsū. sed etiā ad adole
scentulas. et rursū sponsi sermo ñ tantūmodo ad sponsam. III-21
sed etiā ad amicos dirigit̄ sponsi; Et hoc ē. quod sup̄ diximus.
carm̄ nuptiale. in modū dramati ēē conscriptū. Drama enī
dicit̄ ut in scenis [illegible] fabula solet. ubi diuerse psone intro
ducunt̄. Alii enī accedentib; [illegible] [illegible]bus. ad alios
et ad diuersos textus narrationis explet̄. que singula [illegible]
ordine scriptura hec continet. totaq; eius corpus mistici
formatur eloquiis; Sed primo scire nos oportet. qm̄
sicut puerilis etas ñ mouet̄ ad amorē possibilē. ita nec
ad capienda quidē uerba hec paruula et infantilis interi
oris hominis etas admittitur. illorū scilicet qui lacte
in xp̄o alunt̄. ñ cibo forti, et qui nunc primū rationabiles
et sine dolo lac concupiscunt. In hib; enī cantici canticorū
ille cibus est. de quo dicit apl̄s. pfectorū aūt ē. cibus solidus.
et tales requirit auditores. qui p possibilitate sumēdi exer
citatos habent sensus ad discretionē boni uel mali;
Et quidem paruuli quos dixim̄. si ueniant ad hec loca. po
test fieri ut nichil quidē ex hac scriptura pficiant. nec
tam̄ ualde laudant̄. ut ipsa que scripta sunt legentes

ut que ad explanationem eorum dicenda sunt. recenseremus;
Si uero aliquis accesserit. qui secundum carnem tantummodo uir est;
huic tali non parum ex hac scriptura discriminis periculique
nascetur. Audire enim pure et castis auribus amoris nomina ne-
sciens. ab interiori homine. ad exteriorem et ad carnalem uirum.
omnem deflectet auditum. et a spiritu conuertetur ad carnem;
nutrietque in semetipso concupiscentias carnales. et occasione
diuine scripture. commoueri. et incitari uidebitur ad libidinem
carnis; Ob hoc ergo moneo et consilium do omni qui nondum
carnis et sanguinis molestiis caret. neque ab affectu nature
materialis abscedit. ut a lectione libelli huius. eorumque que
in eum dicentur penitus temperet. Aiunt enim obseruari etiam apud
hebreos. quod nisi quis ad etatem perfectam maturamque peruenerit
libellum hunc ne in manibus quidem tenere permittit.
Sed et illud ab eis accepimus custodiri. quoniam quidem moris
apud eos. omnes scripturas a doctoribus et sapientibus tradi p-
ris. simul et eas quas deuterosis appellant. ad ultimum quattuor
ista reseruari. id est. principium genesis. in quo mundi cre-
tura describitur [...] et principia in quibus
de cherubin refertur. et finem in quo templi edificatio
continetur. et cantici canticorum librum; Igitur necessarium
michi uidetur. antequam ad hec que in hoc libro scripta sunt
discutienda ueniamus. de amore prius ipso que est scripture
huius causa precipua. pauca disserere. et post hec de or-
dine librorum salomonis. in quibus hic liber tertio loco
positus uidetur; tum etiam de adtitulatione libelli ipsius.
cur canticum canticorum superscriptum sit. post etiam quomodo
dramatis in modum. et tamquam fabula que in scenis per-
sonarum in mutatione agi solet. uideatur esse compositus;
Apud grecos quidem plurimi eruditorum uirorum uolentes
inuestigare ueritatis indaginem. de amoris natura multa
ac diuersa. etiam dialogorum stilo conscripta protulerunt;
conantes ostendere non aliud esse nisi amoris uim. que ani

mam de terris ad fastigia celi celsa perducat. nec ad summam
posse beatitudinem perveniri nisi amore ac desiderio
provocante; Sed et questiones de hoc quasi in conviviis pro
posite referunt. inter eos puto in quos non ciborum sed verborum
convivium gerebatur. Alii vero. etiam artes quasdam quibus
amor hic in anima gigni ut augeri posse videretur. con
scriptas reliquerunt. Sed has artes carnales homines ad vi
ciosa desideria. et culpabilis amoris ministeria traxerunt.
Non ergo mirum sit. si et apud nos ubi quanto plures
simpliciores. tanto et plures imperitiores videntur.
difficile dicimus et periculo proximam de amoris natura
disputationem. cum apud grecos qui sapientes et eruditi videntur;
fuerunt tamen aliqui qui de his non ita acceperunt ut scripta sunt.
sed occasione eorum que de amore dicta sunt in lapsus carni
et inpudicitie precipitia corruerunt. sive ex his que scrip
ta sunt erant ut supra memoravimus. admonitiones
quasdam atque incitamenta sumentes. sive incontinentie sue
velamen scripta veterum preferentes; Ne ergo et nos tale
aliquid incurramus. ea que a veteribus bene et spirita
liter scripta sunt. vitiose et carnaliter advertentes. tam cor
poris quam anime nostre palmas protendamus ad deum
ut dominus qui dedit verbum evangelizantibus virtute multa.
donet et nobis in virtute sua verbum. quo possimus ex his que
scripta sunt intellectum sanum et ad edificationem pudicitie
aptum. ut novum ipsi ut nature amoris ostendere.
In principio librorum moysi. ubi de mundi conditione con
scribitur. duos invenimus homines creatos referri;
primum ad imaginem et similitudinem dei factum; Secundum
e limo terre factum; hoc paulus apostolus bene sciens et ad liquidum
in his eruditus. in suis litteris apertius evidentiusque,
binos esse per singulos quosque homines scripsit; Sic enim
dicit; Nam si his qui foris est homo noster corrumpitur. sed
ille qui intus est. renovatur de die in diem; Et iterum;

Condelector enī legi dī. sc̄dm̄ interiorē hominē. Et hiſsimilia
aliquanta conſcripſit. Vnde puto iam neminē debere dubi
tare. quod moyſes de duorum hominū factura uł figmento
ſcripſerit in principio geneſis. cum uideat paulū qui melius
quam nos intelligebat, ea que a moyſe ſcripta ſ͞t, duos hominē
eſſe per ſingulos memorat. Aliū ū. idē, exteriorē. in ſcīs q̄b; q̄
ↄtalib; qualis erat paul᷑ corrūpi ꝓhibet et infirmari;
Quod ſi alicui uidebit̄ de hoc adhuc aliquid dubitandū.
in locis ꝓprius explanabit̄. Nunc aut̄. propt̄ q̄d memoriam
fecerimus. interioris et exterioris hominis ꝓſequamur;
Oſtendere enī ex his uolumus. quod in ſcripturis diuinis ꝑ
omonymas. id ē. ꝑſimilē appellationes. immo ꝑ eadē uocabula,
et exterioris hominis membra et illius interioris partes affectus
nominant̄. eaq; n̄ ſolū uocabulis. ſed et rebus ipſis ſibi inuicē
comparant̄. Verbi grā; Vetat ēē aliquis puer. ſc̄dm̄ exteriorē
hominē. poſſibile. ē. creſcere, et ad etatē iuuenis adduci. atq;
inde ſuccedentibus incrementi ꝑuenire ad uirū ꝑfectū. et ꝑ
fici patrē. His aut̄ nominibus uti uolumus. ut conſona ſcrip
ture diuine. illi ſcilicet que ab iohanne ſcripta ē. uocabula
poneremus; Ait enī ille. Scripſi uob̄ pueri. q̄m cogno
uiſti patrē; Scripſi uob̄ patres. quia cognouiſti eū qui
erat ab initio. Scripſi uob̄ iuuenes. q̄m fortes eſtis. et
uerbū dī manet in uob̄. et uiciſtis malignum; Euidens
utiq; eſt. nec ab ullo omnino arbitror dubitari. quod pueros
hic iohs. ut adoleſcentē aut iuuenē. ut etiā patrē. ſc̄dm̄
anime n̄ ſc̄dm̄ corporis appellat etatē; Sed et paulus dicit
in quodā loco. Non potui uob̄ loqui quaſi ſp̄ualib; ſed quaſi
carnalibus. tanquā paruulis in xp̄o lac uob̄ potū dedi n̄ eſcam;
In xp̄o aut̄ paruulus. procul dubio ſc̄dm̄ anime n̄ ſc̄dm̄
carnis nominat̄ etatē. Deniq; idē paulus etiā in alio loco
ait; Cū eſſem paruulus. ſicut paruulus loquebar. ſicut
paruulus ſapiebam. ſicut paruulus cogitabam; Cū aut̄ factū
ſum uir. deſtruxi que erant paruuli; Cæterū in aliis dicit;

in menſuram
donec occurramus om̄s in uirū perfectū. in menſuram
etatiſ plenitudinis xp̄i; Scit enī occurſuros ēē om̄s qui
credunt in uirum ꝑfectū. et in menſuram etatiſ plenitu
dinis xp̄i; Igitur ſicut hec que memorauimus etatū nomina.
eiſdem uocabulis. et exteriori homini et interiori aptant̄.
ita inuenies etiā membrorū nomina corporalia transferri
ad anime mēbra. seu potius efficientie hec anime affectus. q̄
que dicenda ſunt; Dicit̄ ergo in ecclesiaſten. ſapientiſ oculi
in capite eius; Itē in evangelio. Qui habet aures audiendi
audiat; In ꝓpheta quoq; Sermo dn̄i factus ē. in manu hie
remie ꝓphete. ſiue alterius cuius libet; Simile ē. et illud
quod ait ille; pes aut̄ tuus. n̄ offendat; Et iterū; Mei aut̄
paulominus moti ſunt pedes. Evident̄ quoq; et uentre
anima designat̄ ubi dicit̄. dn̄e. a timore tuo in uentre con
cepim̄; Nam inde quis dubitet. cū dicit̄. ſepulcrū patens
ē. guttur eorū. Et iterum; precipita d̄ñe et diuide linguā
eorū; Sed et quod ſcriptū ē; Dentes peccatorū contriuiſti;
Et iterum; Contere brachium peccatoris et maligni.
Et quid opus ē. me debis plura colligere. cū habundantiſſimis
teſtimoniis ſcripture diuine replete ſunt. ex quibus euident̄
oſtenditur; mēbrorū hec nomina nequaquā corpori uiſibili
aptari poſſe. ſed ad inuiſibiles anime partē uirtuteſq; de
bere reuocari. Quā uocabula quidē habent ſimilia. ap̄te
aut̄ 7 ſine ulla ābiguitate. n̄ exteriori ſed interiori homini
ſignificantiā ger̄. Ergo materiali huius homini q exterior
homo appellat̄. cibus potuſq; nature ſue cognatus eſt.
corporeus ſilicet iste 7 terenus; Similit̄ aut̄ etiā ſpiritalis
hominis. ipſius q 7 interior dicit̄. eſt ꝓprius cibꝫ. panis ille
uiuus qui de celo deſcendit; Sed 7 potū ei ē. illa aqua quā
ꝑmittit ih̄c dicens; Quicūq; biberit ex hac aqua quā ego
dabo. n̄ ſitiet in etnū; Sic ergo ꝑ omnia ſimilitudo quidē
uocabulorū erga utrūq; hominē ponit̄; Rerū uo ꝓprietas
uniuſcuiuſq; diſcreta ſeruat̄. et corruptibili corruptibilia

praebent. incorruptibili uero incorruptibilia proponuntur;
Vnde accidit. ut simpliciores quidam nescientes distinguere.
ac secernere que sint que in scripturis diuinis interiori
homini. que uero exteriori deputanda sint. uocabu
lorum similitudinibus falsi. ad ineptas quasdam se fabulas
et figmenta inania contulerint. ut etiam post resurrectionem
cibis corporalibus utendum crederent. potumque sumendum non solum
ex illa uite uera et uiuente in saecula. uerum etiam ex istis uitibus
et fructibus ligni. Sed et de his alias uidebimus; Nunc ergo
praecedente obseruatione distinximus; est quidam secundum interi
orem hominem sine filiis et sterilis. Alius uero habundans in filiis
secundum quod et illud aduertimus dictum; Sterilis peperit vii.
et fecunda in filiis infirmata est. Et ut in benedictionibus
dicitur. Non erit in uobis sine filiis et sterilis; Igitur si haec
ita se habent. sicut dicitur aliquis carnalis amor. quem
et cupidinem poete appellarunt. secundum quem qui amat.
in carne seminat. ita est et quidam spiritalis amor. secundum quem
ille interior homo amans in spiritu seminat; Et ut euidentius
dicam. qui est. qui portat adhuc imaginem terreni secundum ex
teriorem hominem. iste agitur cupidine et amore terreno.
Qui uero portat imaginem celestis. secundum interiorem hominem.
agitur cupidine et amore celesti; Amore autem et cupidine
celesti agitur anima. cum perspecta pulchritudine et de
core uerbi dei. speciem eius adamauerit. et ex ipso telum
quoddam et uulnus amoris acceperit; Est enim uerbum hoc
imago et splendor dei inuisibilis. primogenitus omnis crea
turae. in quo creata sunt omnia que in celis sunt et que in terris.
uisibilia siue inuisibilia. Igitur si qui potuerit capacitate mentis
concipere et considerare horum omnium que in ipso creata sunt.
decus et speciem. ipsa rerum uenustate perculsus. et splendoris
magnificentia fortasse iaculo. ut ait propheta. electo
terebratus. salutare ab ipso. uulnus accipiet. et beato
igni amoris eius ardebit. Oportet autem nos etiam illud

scire, quod sicut accidere solet exteriori homini amor
aliquis illicitus et contra legem, verbi gratia ut aut sponsam
ut coniugem non amet, sed aut meretricem aut adulteram,
ita et interiori homini, hoc est animae, accidere potest amor
non in legitimum sponsum [quem diximus esse verbum dei], sed in adulterum aliquem et
corruptorem. Quod sola hac eadem figura evidenter declarat
et ezechiel propheta, ubi oolam et oolibam introducit sub
specie samariae et hierusalem adulterino amore cor
ruptas, sicut locus ipse scripturae propheticae evidenter osten
dit volentibus plenius scire. Exardescit autem etiam hic
spiritalis amor animae aliquando quidem, ut et do
cuimus, erga aliquos spiritus nequitiae, aliquando autem
erga spiritum sanctum et verbum dei, qui et sponsus fidelis et vir eru
ditae animae dicitur, et cuius ipsa sponsa in hac praecipue
scriptura, quae in manibus habetur, nominatur, sicut
domino praestante plenius ostendemus, cum verba ipsius
libelli explanare coeperimus. Videtur autem mihi quod divina scrip
tura volens cavere ne lapsus aliquis legentibus sub amoris
nomine nasceretur, pro infirmioribus quibusque eum qui apud
sapientes saeculi cupido vel amor dicitur, honestiore vocabulo
caritatem vel dilectionem nominasset. Verbi gratia ut cum dicit
de ysaac: Et accepit rebeccam et facta est ei uxor et dilexit eam. Et
iterum de iacob et rachel similiter dicit scriptura: Rachel autem
erat decora oculis et pulchra facie, et dilexit iacob rachel,
et dixit: Serviam tibi septem annis pro rachel filia tua iuni
ore. Evidentius autem immutata vis vocabuli huius apparet
in amnon, qui adamavit sororem suam thamar. Scriptum est enim:
Et factum est post haec, et erat absalon filio david soror decora
specie valde, et nomen ei thamar, et dilexit eam amnon filius david.
Dilexit posuit pro adamavit. Et tribulabatur inquit amnon, ita ut in
firmaretur propter thamar sororem suam, quoniam virgo erat, et grave
videbatur in oculis amnon facere ei aliquid. Et post pauca de
violentia quam intulit amnon thamar sorori suae ita dicit

4

9

scriptura; Et noluit audire amnon vocem eius. sed invaluit super eam et humiliavit eam. et dormivit cum ipsa. Et odivit eam amnon odio magno valde. quoniam maius erat odium quo oderat eam. quam dilectio qua dilexerat eam; Et in his ergo et in aliis pluribus locis invenies scripturam divinam refugisse amoris vocabulum. et caritatis dilectionisque posuisse; In bonum tamen licet raro proprio tamen vocabulo amorem nominat. et invitat ad eum atque incitat animas. ut cum dicit in proverbiis de sapientia; Ama eam et servabit te; Circumda eam et exaltabit te. Honora eam ut te amplectatur. Sed et in alio libello qui dicitur sapientia salomonis. ita scriptum est de ipsa sapientia; Amator factus sum decoris eius. Arbitror autem quod ubi nulla lapsus videbatur occasio. ibi tantum nomen amoris inseruit; Quid enim passibile aut quid indecorum aliquis advertet in amore sapientie. ut in eo quis se amatorem profiteatur esse sapientie; Nam si dixisset quia adamavit ut isaac rebeccam ut iacob rachel. passio utique aliqua indecora per huiusmodi verba erga sanctos dei homines potuisset intellegi. apud eos precipue qui nesciunt ab ista littera ascendere ad spiritum. Aptissime autem et in illo ipso libello qui habet in manibus amoris nomen caritatis vocabulo permutatum est; in eo ubi dicit; Adiuro vos filie ierusalem; si inveneritis fratruelem meum ut annuntietis ei quia vulnerata caritatis ego sum; pro eo utique ut diceret amoris eius telo percussa sum; Nichil ergo interest in scripturis divinis an amor dicatur. an caritas an dilectio. nisi quod in tantum nomen caritatis extollit. ut etiam deus ipse caritas appelletur. sicut iohannes dicit; Karissimi diligamus invicem quia caritas ex deo est; Et omnis qui diligit. ex deo natus est. et cognoscit deum; Qui autem non diligit non cognoscit deum. quia deus caritas est. Et quamvis alterius temporis sit de his aliquid dicere. que exempli causa ex iohannis epistola protulimus. tamen breviter aliqua etiam inde perstringere non videtur absurdum; Diligamus inquit invicem. quia caritas ex deo est. Et post pauca. deus caritas est; In quo ostendit et ipsum deum caritatem esse; et eum qui ex deo est. caritatem esse; Quis autem ex deo est. nisi ille qui dicit. ego a deo exivi. et veni in hunc mundum. Quod si deus pater caritas est. et filius caritas est. caritas autem et caritas.

+ hac littera

N

unum est. et in nullo differt, Consequenter ergo pater et filius
unum est. et in nullo differt. Et ideo conuenienter xpc sicut
sapientia et uirtus. et iustitia et uerbum et ueritas. ita et
caritas dicitur. Et ideo dicit scriptura. Quasi caritas manet
in nobis. deus in nobis manet. deus autem idem pater et filius. qui et uenien-
tes ad eum qui perfectus est in caritate, secundum uerbum domini et saluatoris
dicentis, Ego et pater meus ueniemus ad eum. et mansionem faciemus
apud eum; Sciendum ergo est. quod haec caritas quae deus est in quo fuerit. nichil
terrenum nichil materiale nichil corruptibile diligit,
Contra naturam namque est ei corruptibile aliquid diligere,
cui ipsa sit incorruptionis fons; Ipsa est enim sola quae habet
immortalitatem; Siquidem deus est caritas. qui solus habet immor-
talitatem. lucem habitans inaccessibilem; Quid autem (aliud) immor-
talitas nisi uita aeterna. quam daturum se promittit deus credentibus
in ipsum solum uerum deum. et quem misit iesum christum filium eius;
Propterea ergo inprimis et ante omnia hoc amabile et placitum esse dicitur deo.
ut diligat quis dominum deum suum ex toto corde suo. et ex tota
anima sua. et ex totis uiribus suis. et quia deus caritas est, et filius
dei qui et ex deo est. caritas est. sui simile aliquid requirit in nobis. ut per hanc
caritatem. quae est in christo iesu deo qui est caritas. ueluti cognata quadam
per caritatis nomen affinitate sociemur. sicut et ille qui iam coniunctus ei dicebat,
Quis nos separabit a caritate dei. quae est in christo iesu domino nostro,
Haec autem caritas. et omnem hominem proximum dicit; Ob hoc enim et ar-
guit saluator quendam qui opinabatur quod iusta anima er-
ga eam quae iniquitatibus inuoluta est. propinquitatis iura non seruet; (seruet)
et ista de causa texit illam parabolam quam in latrones incidit, quidam.
dum descendit ab hierusalem in hiericho; Et culpat quidem sacerdotem
ac leuitam. qui uidentem seminecem praeterierunt. amplectitur autem sama-
ritanum qui misericordiam fecerit. et affuisse ei proximum. ipsius qui posu-
erat responsionem firmauit. et ait ei; Vade et tu fac similiter,
Etenim natura omnes nobis inuicem proximi sumus; operibus uero caritatis
fit proximus ille qui potest bene facere ei qui non potest; unde et saluator
noster factus est proximus nobis cum seminecem ex latronum uulneribus

laceremˀ. Igitur ſciendū ē. dī caritatē ſemꝑ ad dm̄ tendere.
aquo ⁊ originē ducat, ⁊ ad ꝓximū reſpicere. cū quo participiū
gerit. ut pote ſimilit̄ creatum in incorruptione; Sic ergo que
cumq; de caritate ſcripta ſt̄. quaſi de amore dicta ſuſcipe. nichil
de nominibꝰ curanſ. Eadē nāq; in utroq; uirtuſ oſtenditur.
Quod ſi quiſ dicat qa ⁊ pecuniā ⁊ meretricē. ⁊ alia ſimilit̄ mala
eodē uocabulo qđ a caritate duci uidet̄. diligere appellamuſ.
ſciendū ē. in hiſ ꝑꝑe ſi abuſiue caritatē nominari; Sicut ubi
grꝰ ⁊ dſ nomī ꝑncipalit̄, in eo ē. ex quo omīa. ⁊ ꝑ quē omīa.
⁊ in quo oīā. quod utiq; apte uirtutē. ⁊ naturam trinitatiſ
enuntiat; Scđo ū in loco ⁊, ut ita dixerim. abuſiue deoſ diċ
ſcriptura. etiā illoſ ad quoſ ſermo dī ſit. ſic̄ confirmat
ſaluator in euangeliiſ; ſed et celeſtē uirtuteſ ſub h nomine ap
pellari uident̄ cū dicit, Dſ ſtetit in ſina goga dōrū; in
medio aut̄ dſ diſcernit, Tercio ū in loco nīā abuſiue ſed
falſo dii gentiū demoneſ appellantur; cū dic ſcꝑtura,
Omſ dii gentiū demonīā. Ita ḡ ⁊ ꝓximū caritati nomī indōē,
ꝑpt̄ qđ iubem̄ diligere dm̄ ex toto corde nr̄o. ⁊ ex tota anima
nr̄a. et ex totiſ uiribuſ nr̄iſ. ut pote cū aq̄ habem̄ hoc ipſū ut
diligere poſſim; In ipſo enī iā ſine dubio continet̄. ut ⁊ ſapi
entiā. ⁊ iuſtitiam. ⁊ pietatē ⁊ ueritatē. omſq; uirtuteſ
parit̄ diligam; Vnū enī atq; idē ē. diligere dm̄. ⁊ diligere
bona, Scđo in loco quaſi abuſiuo atq; in deriuatiuo nomine.
etiā ꝓximū diligere iubem̄. tanquā noſ ipſoſ; Tertiū ū eſt.
quod falſo ſub caritatiſ titulo nominat̄. diligere ut pecuniā,
ut uoluptatē. uel omē quicqđ ad corruptelā ꝑtin ⁊ et errorē,
Nō ergo int̄ ē. utrū amari dicat̄ dſ aut diligi, Nec puto qđ
culpari poſſit. ſi quiſ dm̄ ſic̄ iohſ caritatē ipſum amorē nomin;
Deniq; memini aliquē ſcōrū dixiſſe ignatiū nomine de xp̄o.
meū aut̄ amor crucifixꝰ eſt. Nec repꝑendi eū ꝓh dignū iudico,
Sciendū tam̄ ē. quod omſ qui peccuniā diligit. uel ea que in
mundo ſt̄ materie corporali. uel corruptibili, uirtutē caritatiſ
que ex dō ē. ad trena ⁊ ad caduca deducit. ⁊ rebuſ dī abutit̄

ad ea que ñ uult d̄s. Neḡ dilectione d̄s horū sed usū. hominib; dedit.
Hec aut̄ paulo latiū discussim. uolenti de natura caritati & amori.
ad tenuius distinguere. ne forte q̄m scriptura dic̄. q̄a d̄s caritas ē.
omē q̄d diligit̄ etiā si corruptibile sit. ex d̄o ēē in hoc caritas & dilec
tio putaret̄. Sed ostenderetur res qui d̄e dist̄ & que d̄s uult opus ei
ad sumi; Sed & hoc scire oportet. quod inpossibile ē. ut ñ semp̄
humana natura. aliquid amet. Omnis namq; qui ad id etati uenerit.
quā pubertatē uocant. amant aliquid. Sive minū recte
cū amant que ñ oportet. seu recte et utilit̄ cum amat que oport &.
Verū ñ nulli cū amori affectū q̄ animē racionabili insitus ē q̄ bene
ficio conditoris. aut ad amorē pecunie trahunt & ad aquirende
studiū. aut erga gl̄am captandā & fiunt inanis gl̄e cupidi.
aut erga scorta sectanda. & inueniunt̄ inpudicitie libidini
q; captiui. aut ad alia hissimilia. uirtutū tanti boni huius ef
fundunt. Sed & cū erga diu̇sas artē amor iste ducit. que manu
ministrant. aut p̄ studiū p̄sentī uite necessaria. ŭ bi gr̄a dixerim.
Erga artē palestricā t cursus exercitia. aut etiā erga geometriā
t musicā. uel arit metricā confert̄. atq; ad alias huius scē modi
disciplinā. ne sic q̄dē uidet̄ in usū ei p̄babilit̄ sum. sicut quod bo
nū ē. hoc & p̄babile est. bonū aut̄. prop̄e ñ erga usus corporeos
sed in d̄o p̄mū. & in animi uirtutibus intelligit̄. consequent̄
ergo solus ille amor probabit̄ ē. qui d̄o & uirtutib; animi
coaptatur; Et hoc ita se habere diffinitione ipsius saluatoris
ostendit. ubi interogatus a quodā quod ēēt mandatū maiū
omniū & p̄mū in lege. respondit. Dilige dn̄m d̄m tuū ex toto
corde tuo & ex tota anima tua & ex totis uiribus tuis. sc̄dm
ŭ simile illi; dilige proximū tuū. sicut teipsū. et adiecit.
In his duobū mandatis omnis lex pendet & p̄phete. ostendens
erga hec duo iustū amorē legitimū q; constare. atq; in his
uniu̇sā legē p̄phetaq; pendere. Sed & quod paulū ait. ñ adul
terab. ñ occides. ñ furtū facie. ñ falsū testimoniū dice & si quod
aliud ē mandatū in hi ŭbo restaurat̄ in quo ait. diliges
p̄ximū tuū sicut teipsū; hoc modo facilius explanabit̄

s. et uni eī et caritas ñ uniu̇ses hominib; ad ea quę

ponam ubi causa; mulierē amore uiri alicuius ardētē. cupi
entēq; in consortium eius accersiri. nonne oīa ita aget. et oēs motus suō
ita tēperabit. ut sciat illi placere quē diligit. ne forte si aliqua contr
voluntatē illiꝰ egerit. consortia eius ille optimū refutet ac
spernat. Poterit ne h̄ mulier que erga amorē viri illiꝰ toto cor
de tota anima totisq; viribꝰ fervet aut adulteriū cōmittere.
que eū noverit amare pudicitiā. aut homicidiū que eū noverit
mitē. aut furtū que ei sciat liberalitate placere. aut concupiscat
aliena. que oēs suas concupiscentias erga amorē uiri illius habeat
occupatas; Si ergo in caritati pfectioē ⁊ omīe mandatū restaurari di
cit. et legis virtus ⁊ pphetarū pendere. ppt istud caritatis ut amoris
bonū. sci nec in tribulatioē angustant. nec apporiant exasperantur.
nec deiecti pereunt. sed quod ē in psenti momentaneū ⁊ leve tribulatiōis
eorū. supmodū eorū etnē glē pondꝰ opat illis; Nō enī omībꝰ sed
paulo ⁊ his qui ei similē sunt psen̄ h̄ momentanea ⁊ levi dicit tri
bulatio. quia pfectā caritatē dī in xpo ihu habent pscm̄ spm̄ in
suo corde diffusam; Sic deniq; ⁊ iacob patriarchā amor racheli
p. vii. continuō annos in laboribꝰ positū. diurni estu ⁊ nocturni fri
goris ustione sentire n̄ sinit. Si ipsū paulū in amoris huius
incensū audio dicentē. caritas omīa patit. omīa credit.
omīa sperat. omīa tolerat. Caritas nūquā cadit. Nichil
ergo ē. qd n̄ toleret. q pfecte diligit. Plura aut̄ n̄ tole
ram. certū q ob hoc qa caritatē que omīa tolerat n̄ habeō.
Et si n̄ fuerim ad aliq patientes. i certo ē. q caritas nob que
omīa patit deē. In luctamine quoq; eo q ē nob adūsus
demones frequent cadim n̄ dubiū quin ob hoc. q n̄ ē in nob
caritas illa que nūq cadit. Hunc igit amorē loqt psens
scriptura. cū erga uerbū dī anima beata urit et inflamat.
Istud epithalamiū carm̄ pspm̄ canet. quo eccl̄a sponso celesti xpō
iungit ac sociat. desiderans misceri ei pūbꝰ. ut concipiat ex eo. ⁊
salua fieri possit p hanc castam filiorū generationē cū p manserint
in fide ⁊ scitate cū sobrietate. utpote concepti ex semine quod
ubi dī. editi ū genitiq; uel ab inmaculata eccl̄a. uel ab anima

nichil corporeum. nichil materiale requirente. sed solo ubi dicit.
amore flagrante; Et hec interim nobis ad presens de amore uel caritate
que in epithalamio hoc cantici canticorum refertur. occurrere
potuerunt. Sed sciendum est tam multa esse que dici debeant de
beant de caritate hac. quanta et de deo. Siquidem ipse est caritas;
Sicut enim nemo nouit patrem. nisi filius et cui uoluerit filius re
uelare. similiter autem etiam ipsum filium quoniam et ipse caritas est. nemo
scit nisi pater. etiam secundum hoc quod caritas dicitur; Solus autem spiritus sanctus est.
qui ex patre procedit. et ita scit que in deo sunt. sicut spiritus hominis
scit que in homine sunt. hic ergo paraclitus spiritus ueritatis
qui de patre procedit. circuit querens. si quas inueniat dignas
et capaces animas. quibus reuelet magnitudinem caritatis hu
ius que ex deo est; Nunc ergo iam ipsum dominum qui caritas est inuo
cantes. petamus que ex ipso est caritatem. etiam ad reliqua discutienda
ueniamus. et temptemus primo de eo requirere. quid illud sit quod
cum tria uolumina ecclesie dei a salomone scripta susceperint.
primum ex ipsis proverbiorum liber positus sit. secundus is qui ecclesiastes
appellatur. tertio uero in loco cantici canticorum liber habeatur;
Que ergo nobis occurrere possunt in hoc loco. ista sunt. Generales
discipline. quibus ad rerum scientiam peruenitur. tres sunt. quas
greci. ethicam. physicam. epopticen appellarunt; has nos dicere
possumus moralem. naturalem. inspectiuam; Nonnulli sane apud
grecos logycam. quam nos rationalem possumus dicere. quarto
in numero posuere; Alii non extrinsecus eam. sed per has tres
quas supra memorauimus disciplinas innexam consertamque
per omne corpus esse dixerunt. Est enim logyca. uel ut nos uidemus
rationalis. que uerborum dictorumque uidetur continere pro
prietates. rationem et genera. que et species et figuras sin
gulorum quorumque edocet dictorum. Quam utique disciplinam
non tam separari quam inseri ceteris conuenit et intexi;
Moralis autem dicitur per quam mos uiuendi honestus aptatur.
et instituta ad uirtutem tendentia preparantur. Naturalis
dicitur. ubi uniuscuiusque rei natura discutitur.

LIBER

quo nichil contra naturã gerat̃ inuita. sed unũ quodq; his usib;
deputet. in quo a creatore productũ ẽ. Inspectiua dicitur qua
sup̃ gressi uisibilia de inuisibilibus aliquid 7 celestibus contemplam̃.
ea q̃ mente sola intuem̃. que corporeũ sup̃gdiunt aspectũ.
H ergo ut m̃ uidet̃. sapientes quiq; gcorũ supta a salomone.
ut pote qui etate 7 tẽpore longe ante ipsos per ea p dĩ
spm̃ didicisset. tamquã p se inuenta ptuler̃. 7 institutionũ
suarũ uoluminibꝰ conpensa posteris quoq; tradenda re
liquere; Sed hęc ut diximꝰ salamon ante om̃s 7 inuenit. 7 do
cuit. p sapientiã quã accepit a dñõ. sic scriptũ ẽ. Et dedit
dñs prudentiã salomoni 7 sapientiã multã ualde. 7
latitudinẽ cordis sic harena que ẽ. ad orã maris. 7 mul
tiplicata ẽ. in eo prudentia sup õs antiquo filios hominũ;
7 sup õs sapientes egypti; Salomon ergo tria ista quã sup̃
diximꝰ generalẽ ẽẽ disciplinã id ẽ. moralẽ. naturalẽ.
7 inspectiuã distinguere ab inuicẽ. ac secernere uolens.
tribus eã libellis edidit. suo q; ordine singuli consequentẽ
aptauit. p̃mo ergo in p̃u̇biis moralẽ docuit locũ. succincti
ut decuit breuibusq; sententiis uite instituta conponens;
Secdm̃ ũ qui naturalis appellat̃ conp̃endit in ecclesiaste.
in quo multa de rebꝰ naturalibꝰ disserens. 7 mania
ac uana ab utilibus necessariisq; secernens. derelinquenda uanitate
monet. 7 utilia rectaq; sectanda; Inspectiuũ quoq; locũ
in hoc libello tradidit. qui habet in manibꝰ. id ẽ. in cantico
canticorũ. in quo amorẽ celestiũ diuinorũq; desideriũ
incutit anime. sub spetie sponse ac sponsi. caritati 7 a
mori uni p uemendũ docens ad consortiũ dĩ. Hic uero eũ
uere philosophye fundam̃ta ponentẽ. 7 ordinẽ disci
plinarũ institutionẽq; condentẽ. quod n̄ latuerit neq;
ab eo abiectus sit etiã rationalis locũ. ostendit in p̃ncipio
statim p̃u̇biorũ suorũ. primo omniũ p hoc ipsũ quod pro
u̇bia at titulauit libellũ suũ. qd̃ utiq; nom̃ significat
aliud quidẽ palã. aliud ũ intrinsecũ indicat. hoc enĩ,

7 cōmuni usui ꝓ̄ubiorū docet. 7 iohs in eu̅g̅o, saluatorē ita scribit
dicentē; H̅ in ꝓ̄ubiis locutus sū̄ uob. ueniet hora cum iā non in
ꝓ̄ubiis loquar uob. sed manifeste de patre annuntiem uobis,
hec interim in ipsa tituli inscriptione; Insequenti uero stati
subiecit descriptione u̅borū. 7 distinguit scientiā a sapien
tia 7 ab scientia disciplinā. 7 intellectum u̅borū aliū ponit.
7 prudentiā dicis meo ēē. ut excipe possit quis u̅sutiā u̅borū;
Distinguit etiā iustitiā uerā, a directione iudicii. Sed 7 astutiā
quādā nominat his quos imbuit necesariā. illā credo p quā
sophismatū intellegi ac declinari possit argutia. Et ido dicit;
Innocentib; p sapientiā dari astutiā. sine dubio ne in u̅bodi de
cipiant fraude sophystica. Sed 7 in hoc uidet̄ in rationalis
discipline meminisse. p quā doctrina u̅borū dictorūq; signifi
cantie discernūt. 7 uniuscuiusq; sermonis proprietas certa
cū ratione distinguitur. in qua ꝑcipue erudiri conuenit
puero; hoc enī hortat̄ cū dicit, ut det puero iuniori sensum
7 cogitationē, Et quia q his erudit̄ necessario rationabilit̄ ꝑ
ea que didicit semetipsū gubnat. 7 iuxta suā moderatius librat.
ꝓpterea dic, Intellegens aut̄ gubernationē adquirit; post hec
uero cognoscens in u̅b diuinis quib; p propheta humano ge
neri tradit̄ ē. ordo uiuendi. diūsos ēē eloquii tropos et
uarias dicendi speties, ac si ens habere meis aliquam figurā
que parabola appellat̄. 7 alias que dicta sapientū dicantur.
scribit, Intellege quoq; parabolā. 7 obscurū sermonē. dictaq;
sapientū. 7 enigmata, p hergo singula rationalē locū mani
feste. 7 euident̄ exponit. ac more ueterū succinctis breuibusq;
sententiis. ingenuos 7 ꝑfectos explicat sensus, Que si quis ē. qui in
lege dn̄i meditet̄ die ac nocte. 7 qui ē sicut os iusti quod me
ditat̄ sapientiā. inuestigare diligentiū poterit 7 inuenire.
si tamē recte que sierit. 7 querens pulsauerit ostiū sapientie
petens a dō ut 7 aperiat ei. 7 mereat̄ accipe p spm̄ scm̄ uerbū
sapientie. 7 u̅bū scientie. fieriq; particeps illius sapientie que
dicebat; Extendebam enī u̅ba mea. 7 non audiebatis;

+ et alia que obscurum die tio dici t̄ aliasq; que enigmata nominent̄.

8

Et merito extendere se dicebat meus corde cui dederat deus sic supra
diximus latitudinem cordis; Dilatat namque illius cor. qui potest ea que
breviter in mysteriis dictasse. latiori doctrina supra ex uoluminibus
diuinis assertionibus explanare; Oportet igitur secundum hanc eandem
sapientissimi salamonis doctrinam eum qui sapientiam sire desiderat.
incipe ab erudictione morali. intelligereque illud quod scriptum est.
Concupisti sapientiam. custodi mandata. et dominus dabit eam tibi. Ob
hoc ergo magister hic qui primum homines diuinam phylosophyam docet.
optissimum exordium prouerbiorum posuit libellum. in quo ut diximus moralis
traditur locus, ut cum intellectu qui moribusque profecerit, ueniat
etiam ad naturalem intellegentie disciplinam. atque ibi rerum causas na
turasque distinguens. agnoscat uanitatem uanitatum relinquendam.
ad eterna autem et perpetua properandum; Secundo post prouerbia ad ecclesiasten
uenit. qui docet ut diximus. uisibilia omnia et corporea esse caduca
ac fragilia, Que utique cum ita esse deprehenderit is qui sapientie studet
sine dubio contempnit et ea adespiciet. et uniuerso ut ita dicam secundo
renuntians tendet ad inuisibilia et eterna. que spiritalibus quidem
sensibus. sed adoperti amoris quibusdam figuris docentur in
cantico canticorum; Ideo nouissimum locum tenet hic liber.
ut tunc ad eum ueniat cum et moribus qui fuerit edificatus.
et rerum corruptibilium atque incorruptibilium scientiam distinctio
neque didicerit. quo in nullo possit ex his figuris quibus sponse ad
sponsum celestem id est. anime perfecte amor ad uerbum celi describit ac
formatur offendi; Premissis namque his quibus purificat anima
peractus et more. et in rerum desceptione naturalium perdocet. con
petenter ad doctrinatica uenit et mistica. atque ad diuinitatis
contemplationem sincero et spiritali amore conscendit; Hanc
ergo triplicem diuine philosophye formam etiam in illis sanctis ac
beatis uiris arbitror presignatam. per quorum sanctissimis instituti
onibus deus summi homo dici uoluit. deus abraham. deus isaac. et deus
iacob. Abraham namque moralem dederat philosophiam. per obe
dientiam. tanta enim ei fuit obedientia. tanta obseruatio
mandatorum. ut cum audiret: exi de terra tua et de cognatione

tua et de domo. n̄ sit cunctat᷑. sed stati fecerit; Immo ⁊ hor̄ amplius aliquid fec̄. Audien̄ ut im molaret filiū suū. nē inde quidē dubitat. sed ob tēperat p̄cepto. et ad exemplum obedientię que ē moral philosophyę posteris dandv̄. nec filio suo unico pepercit; Isaac quoq; naturalē philosophiā docet cum puteos fodit. et terr̄ p̄fundarimat᷑; Sed ⁊ iacob inspec tiuā obtin⁹ locū. quippe q̄ et isrł a diuinor̄ contepla tione nominatus sit. ⁊ q̄ castra celi uiderit. ⁊ domū dī. atq; anglor̄ uias. scalā atrīs in celo porrectā p̄spe xerit; Vnde ⁊ merito in ueniū tr̄e istos beatos uiros altaria fixisse dō. hoc ē. philosophię sve dō consecsse p̄fectus. quo silicet edocerent non h̄ad artes humanā. sed ad dī grām referenda. Sed et in tabnacul̄ de gt. ut et p̄h ostendant neq; in trī habendū ē ē aliqd p̄ v̄ hyic q̄ divine philosophię stud⁹. et semp̄ p̄movendv̄. nō tam de loco ad locum. quā de scientiā inferior̄ ad scientiā p̄fector̄; Sed et alia multa in scripturi diuinī inuenie que ordinem hunc quē in libelł sa lamoni ē tineri diximͣ. secdm hanc eandē formā de signent. sed ea nunc nob p̄seq. aliud in manu ha bentibus longū ē; Siquis ergo primū locv̄ in emen dandis moribus mandatisq; servandis quippro ū bia designat implebit. post h̄aut etiā dep̄ensa ua nitate mundi ⁊ rerū caducarū fragilitate p̄spec tas uenit in hoc ut renuntiet mundo ⁊ omib; que in mundo s̄t; Consequent᷑ ueniet etiā ad con templanda ⁊ c̄sideranda ea que n̄ uident᷑. ⁊ et̄nasi. Ad que tam ut puenire possimus. indigemus diuina misecdia. si fortr ualeamus p̄specta pulc̄tudine uerbi dī saluatori. in eu᷑ amorē succendi. ut ipse di gnet᷑ huiusmodi animū diligere. quā desideriū

9

sui habere perspexerit; post haec exigit nos consequentia sermonis
dicere etiam de superscriptione ipsa cantici canticorum. Simile enim est hoc
que illis quae in tabernaculo testimonii appellantur sancta sanctorum. et illis quae in nume-
rorum libro nominantur opera operum. quaeque aput paulum dicuntur secula seculorum.
Sed quo differant a sanctis sancta sanctorum in exodo. et quo differant opera ab operibus
operum in numerorum libris. tractatibus prout potuimus dictum a nobis est.
Sed et secula seculorum in locis quibus occurrit non omisimus. Et ne eadem repetamus.
illa sufficiant. Nunc autem requiramus primo quae sint cantica. quorum can-
ticorum hoc esse canticum dicitur. Puto ergo quod cantica sint illa quae dudum
vel per prophetas vel per angelos canebant. Lex enim dicitur per angelos ministrata
in manu mediatoris; Illa ergo omnia quae per illos adnuntiabant. cantica erant
paranimphis sponsi praecedentia. Istud autem unicum canticum est. quod ipsi iam sponso sponsae
suae suscepturae epithalamii specie erat canendum. in quo sponsa non adhuc
paranimphos sponsi cantari sibi vult. sed ipsius iam sponsi praesentis audire verba
desiderat dicens. osculetur me ab osculo oris sui; unde et omnibus cantici merito
praefertur. Videntur enim cetera cantica quae lex et prophetae cecinerunt. parvule adhuc
sponsae et quae needum vestibula mature etatis ingressa sit decantata. hoc vero
canticum adultae iam et valde robustae. et quae capax iam sit virilis potentiae
perfectique mysterii decantari. secundum quod dicit de ipsa quia una sit perfecta co-
lumba. Quasi perfecta ergo perfecti viri sponsi. perfecte suscipit verba doctrinae.
Primum igitur canticum cecinit deo moyses et filii israhel. quando viderunt
egyptios mortuos ad litum mari. et quando viderunt manum fortem et bra-
chium excelsum domini. et crediderunt deo ac famulo eius moysi. Tunc ergo cantaverunt
dicentes. Cantemus domino gloriose enim honorificatus est. Ego autem arbitror
quod non possit ad istud perfectum quis et misticum canticum pervenire et ad istam
perfectionem sponsae quae in hac scriptura continetur. nisi prius ambulaverit per siccum in medio
mari. et fiat ei aqua murus dextra laevaque. et sic eruatur de manibus egypti-
orum. ita ut videat eos mortuos ad litus maris. atque intuens eorum
manum fortem domini quam fecit in egyptios. credat domino ac famulo eius moysi;
Moysi autem dico legi atque evangeliis omnibusque divinis scripturis. Tunc
enim merito cantabit et dicet. Cantemus domino. gloriose enim magni-
ficatus est. Sed istud canticum canet cum primum liberatus fuerit a servitute

egyptiorum. Post hoc autem cum transierit per illa omnia. quae in
exodo et quae in levitico scripta sunt. et venerit ad hoc. ut
in divinos numeros assumatur. tunc iterum secundo canticum canet
cum exierit de valle zareth. quod interpretatur aliena descensio.
et venerit ad puteum de quo scriptum est. Et dixit dominus ad moysen
Congrega populum et dabo eis aquam bibere de puteo. Ibi
enim cantabit et dicet. Initiate ei puteum. foderunt illum prin
cipes. exciderunt eum reges gentium in regno suo cum dominarentur eorum
Sed de his plenius in numerorum libro secundum quod dederit nobis
dominus dictum est. Oportet ergo venire ad puteum qui a principibus
fossus est et a regibus excisus. in quo opere nemo plebeius operatur.
sed omnis princeps. omnis rex. regales scilicet et principales animae.
quae altitudinem putei aquam vivam continentis inquirunt. Post illud
canticum venitur ad deuteronomii canticum. de quo dicit dominus,
Et nunc scribite vobis verba cantici huius. et docete illud filios israhel.
et inmittite illud in ora eorum. et fiat mihi canticum istud in testimonium
in filiis israhel; Et vide quale sit istud canticum. cui ad audiendum terra
non sufficit. sed et vocatur et caelum, ait enim, Adtende caelum et loquar.
et audiat terra verba ex ore meo; Vide quam magna, quam ingentia.
quae dicuntur; Expectetur ut. sicut pluvia eloquium meum. et descendat
sicut ros super gramen. et sicut nix super foenum. quia nomen domini invocabo; vi
Et reliqua; Quartum canticum est in libro iudicum. de quo scriptum est. Et cantavit
debora et barach filius abinoem in die illa dicens; In incipiendo
principes in israhel. in proposito populi benedicite dominum. Audite reges.
auribus percipite satrapae. et reliqua. Haec autem qui canit et apis esse videtur
cuius opus tale est. quo reges et mediocres utantur ad sanitatem. Debora
namque apis interpretatur. quae istud canticum canit; Sed et barach cum ipsa.
Interpretatur autem barach coruscatio. Et canit istud canticum post vic
toriam quia nemo canit qui potest quae perfecta sunt canere. nisi adversarios
vicerit. Sic denique et in ipso cantico dicitur; Exurge exurge debora
et suscita populi milia. exurge exurge. cane canticum. exurge barach et;

Verũ ⁊ de his plenius in illo oratiunculi quã de libello iudicum
edidimus. dissertũ reperies; Quintũ post hoc canticũ ẽ. in secũdo
libro regnorum. cũ locutus sit ẽ. dauid ad dñm uba cantici huius
in die qua liberauit eũ dñs de manu omniũ inimicorum eius, ⁊ de
manu saul. ⁊ dixit, Dominus petra ⁊ munitio mea. liberator mĩs.
ds mĩs. custos erit mihi; Si ergo ⁊ tu potueris cõsiderare q sint inimici
dauid. quos in primo ⁊ in secũdo libro regnorum superat ac substernit.
⁊ quomodo dignus factus ẽ. ut dñi adiutoriũ mereretur. ⁊ liberaretur ab huiusmodi inimicis. tũ poteris ⁊ tu quintũ istud canticum canere.
Sextũ ẽ canticũ in primo paralippomenon libro; ubi constituit
dauid in principio ad laudandũ dñm asaf ⁊ fratres eius. Et ẽ initiũ canticuli huius tale. Laudate dñm ⁊ confitemini. ⁊ inuocate eũ
in nomine eius. notas facite in populis uoluntates eius; Cantate
ei ⁊ ymnũ dicite ⁊ enarrate omnes adinuentiones eius quas fecit dñs.
Et cetera; Sciendũ tamen ẽ. q canticũ qđ ẽ. in secũdo regnorum libro
valde simile psalmo xvii; Qđ autem ẽ in primo libro paralipemenon
minutius qđ usque ad eũ locũ ubi dicit. ⁊ in prophetas meos nolite malignari. simile ẽ. ẽ ciiii. psalmo. Posteriora uero ab hoc loco similitudinem
gerunt priorum partium nonagesimi ⁊ v. psalmi ubi dicitur. Cantate dño omnis
terra. usque ad eũ locũ ubi ait; Quia uenit iudicare terrã; Igitur si his concludendũ ẽ, numerus canticorum. viimo in loco ponendus uidebitur libri huius cantici
canticorum, Si quis uero etiã esaie canticũ cũ ceteris numerandũ putet.
licet nõ ualde conuenire uideatur ut precessisse putetur isaie canticũ q
longe posterioribus temporibus isaias scripserit. tamen si quis putet q prophetica dicta nõ temporibus sed ratione pensanda sunt. adiunget etiã
canticũ istud. ⁊ hic salomon cecinit canticũ ẽẽ canticorum. nõ tantũ
eorum q prius. sed ⁊ q postmodũ canenda uidebantur ut uidebitur. Si quis uero
putet etiã ex libro psalmorum debere adsumi sicubi in eo ut canticũ scribitur
ut canticũ psalmi. multitudinem congregabit precedentiũ canticorum,
Iunget enim ceteris etiã. xv. simul gradũũ cantica. ⁊ requirens singulorum
uirtutem canticorum. atque ex his proficientis animi gradus colligens atque spiritu

intellegentia ordinem rerum consequentiamque exponendo ostendere potuerit
quam magnificis gressibus incedens sponsa per omnia perueniet usque ad thala-
mum sponsi, dicens transiens in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum dei
in uoce exultationis et confessionis sonus epulantis. et perueniens usque ad ipsum
interiorem thalamum sponsi. ut audiat et loquatur cuncta haec quae conti-
nentur in cantico canticorum; Adhuc autem possumus et hoc requirere priusquam ad ipsum
corpus libelli ueniamus. cur salomon qui uidetur in istis tribus libellis ministrasse
uoluntati spiritus sancti. in prouerbiis quidem dicitur salomon filius dauid regnans
in israel. in secundo uero libello non salomon scribitur. sed uerba inquit ecclesiastes filii
dauid regis israel in hierusalem. Et filium quidem esse dauid. similiter ut in primo
et regem israel scribit. Sed ibi prouerbia hic uerba posuit. et se ipsum quem
ibi salomonem hic ecclesiasten nominauit. Et cum ibi gentis solius
in qua regnauerat posuisset. hic et gentem ponit et locum regni
hierusalem designat; In cantico uero canticorum neque gentis nomen neque
locum in quo regnet. neque omnino quod rex sit neque quod patrem dauid habeat
scribit. sed tantummodo canticum canticorum quod est ipsi salomoni.
Et quamuis difficile mihi uideatur aut perscrutari uel attingere posse
horum differentiam. aut utcumque inuestigatam palam proferre. cartulis
committere. tamen in quantum capere uel sensus noster uel auditus legentium
potest pauca aperire temptabimus; In plurimis salomonem typum
christi ferre uel secundum hoc quod pacificus dicitur. uel secundum quod regina austri
uenit a finibus terrae audire sapientiam salomonis. non puto dubitandum.
hic ergo et secundum hoc filius dauid dicitur regnat in israel. et secundum hoc quod super
eos regem per quos ipse rex regum dicitur regnat; Et rursus uerus ecclesiastes ipse est,
qui cum in forma dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens
ut congregaret ecclesiam; A congregando enim ecclesiam ecclesiastes appellatur.
Tum uero qui ita salomon, id est pacificus. uerus noster ihesus christus. qui factus est
nobis sapientia a deo et iustitia et pax. Igitur in primo prouerbiorum libro
cum nos moralibus instituit disciplinis rex esse dicitur in israel. necdum
in hierusalem. quia et si iam dicimur perficiendo. nondum tamen in his peruentum est
ut ad hierusalem caelestem peruenisse uideamur. Ubi uero profecerimus et in his
uentum fuerit ut ecclesiae primitiuorum quae in caelis est sociemur. atque hierusalem

discussis diligentius priscis et naturalibus causis matrem nostram esse
nos eam celestem. tunc iam nobis etiam ipse christus ecclesiastes efficitur
et non solum in istis sed et in hierusalem regnare dicitur; Cum uero ad perfecti
onem omnium uentum fuerit. et sponsa perfecta que omnis dumtaxat
rationalis creatura intelligitur. quia pacificauit per sanguinem suum
non solum que in terris sunt. sed et que in celis. tunc salomon tantummodo
dicitur. cum tradiderit regnum deo et patri. cum euacuauerit omnem
principatum et potestatem; Oportet enim eum regnare donec
ponat inimicos suos sub pedibus suis. et nouissima inimica
destruatur mors; Et ita pacificatis omnibus patrique subiectis cum erit
iam deus omnia in omnibus. salemon tantummodo. id est. solum paci
ficus nominatur; competenter ergo in hoc libello qui de amore
sponse et sponsi erat scribendus. etiam pro hoc neque filius dauid neque
rex neque aliud horum quod ad corporeum pertinere possit
intellectum scribitur. ut merito de eo perfecta iam sponsa dicat,
Quia et si cognouimus aliquando christum secundum carnem sed nunc iam
non nouimus. ne quis eam putet corporeum aliquid amare aut in
carne positum. et macula aliqua amori eius credatur induci. Prop
terea ergo canticum canticorum salomonis tantummodo est, et neque
filio dauid neque regi israel. neque aliqua prorsus in his miscetur carnalis nomi
nis intellegentia; Et ne mireris quod cum unus atque idem sit dominus
et saluator noster. dicamus eum uelut minorem primo in prouerbiis. et
inde proficientem in ecclesiaste. post hec perfectiorem in canticis can
ticorum. cum hec etiam in euangeliis uideamus scripta. ubi propter nos et in
nobis ipse dicitur proficere. Sic enim refertur. quia christus proficiebat sa
pientia et etate [illegible] apud deum et homines. Puto ergo
quod pro his omnibus. neque filius dauid. neque rex scriptus sit, Sed et pro eo adhuc
quod in cantico canticorum sponsa in tantum profecerat. ut magis aliquid esset
quam est regnum hierusalem. Nam hierusalem celestem dicit apostolus esse.
atque ad eam memorat credentes accedere, Hunc uero sponsum ad
quem nunc sponsa festinat. idem paulus cum eum pontificem maximum
dicit ita describit. quasi qui non in celis sit. sed penetrauerit

et pertransierit omnes celos. et illuc quoque eum hec sua perfecta spo
sa secuta est. immo illuc adherens ei et coniuncta conscenderit.
est enim facta cum eo unus spiritus. unde uidetur mihi et ad petrum quoniam po
terat eum primo sequi cum diceret. quo ego uado uos non potestis inuenire.
dixisse. se- queris autem postea; Quod autem sit aliquid maius et ab israel inde
colligitur. quod in numerorum libro omnis quidem de israel numeratur. in duodecim
tribubus certo sub numero censetur. Tribus uero leuitica que ut potentior ceteris
eminentior super hunc numerum habetur. neque quam in israelitico numero
deputatur; Dicit enim; Itaque hec est uisitatio. in qua recensiti sunt filii israel. secundum
domos familiarum suarum. Omnis uisitatio eorum cum uirtute sua. sexcenta
tria milia quingenti quinquaginta. Leuite autem non sunt numerati cum eis.
sicut precepit dominus moysi; Vide quomodo ut eminentiores a filiis israel seque
strantur leuite. nec in eorum numero sotiantur; Et rursum leuitis eminentiores
scribuntur esse sacerdotes. Sic enim in eadem scriptura continetur; Et locutus est
inquit dominus ad moysen dicens; Accipe summam leuitarum et statue eos in conspec
tu aaron sacerdotis. ut ministrent ei. Vide et mihi quomodo superiores
leuitis nominat sacerdotes. et rursum leuitas eminentiores ponit filiis israel.
Hec autem uisi sumus discutere paulum curiosius. uolentes etiam per hec ostendere
rationem qua in ipsis quoque attitulationibus librorum suorum salomon differentiis
usus est necessariis. Et aliud in prouerbiis. aliud in ecclesiaste. aliud etiam in
cantico canticorum ex ipsa scriptione tituli designauit; Et adhuc quod in can
tico canticorum ubi iam perfectio ostenditur neque filius dauid neque rex scribitur.
potest etiam hoc dici. quia cum factus fuerit seruus sicut dominus. et magister sicut disci
pulus. Videtur iam neque seruus esse seruus. factus uidelicet sicut dominus. neque
discipulus esse discipulus. quippe sicut magister effectus; Sed fuisse quidem seruus ali
quando. fuisse discipulus nunc uero esse sicut magister. Et fuisse quidem seruus
aliquando nunc uero esse sicut dominus. Simili igitur ratione etiam de rege et his in quos
regnant aditum posse uidebitur. cum regnum iam tradiderit deo et patri. Sed et
hoc non lateat non nullos attitulationem libelli huius cantica canticorum
scribere quod non recte scribitur; Non enim pluraliter sed singulariter. can
ticum hic dicitur canticorum. Hec quasi in prefatione dicta sint a nobis de superscriptione
ipsa libelli. ut attitulatione. nunc iam domino nos iuuante ipsius operis ad

oriam in exordia; Et tamen ne illud quidem remaneat nobis omissum;
quod quibusdam requirendum uisum est. adhuc de ipsa titulatione
ac superscriptione libri quae ita habeatur. canticum canticorum quod est ipsi salo
moni. Sic enim accipiunt quasi canticum hoc esse dixerit canticorum
salomonis. ut ex pluribus sui cantici hoc unum esse signauerit.
Sed nos quoque recipiemus huiusmodi intellegentiam. cum neque ecclesia dei
ulla extrinsecus salemonis cantica legenda esse translata; aliquid
praeter hos tres salemonis libellos. qui et apud nos sunt amplius habeantur
in canone. Volunt tamen qui haec asserunt inde confirmare sententiam
suam. quod in regnorum iii. libro scriptum est. multa fuisse cantica salemonis.
ut unum ex multis hoc esse confirment; Ibi quoque refertur ita; Et dedit dominus
prudentiam salemoni. et sapientiam multam ualde et latitudinem cordis.
sicut arenam quae est ad oram maris. et sapiens factus est salemon ualde
super sapientiam omnium antiquorum. et super omnes sapientes egypti.
et super getan zaritten. et enan. et chalcal. et darbalay. Et lo
cutus est salomon tria milia parabolarum. et erant cantica eius
quinque milia; Ex his ergo quinque milibus canticis. uolunt ui
deri esse hoc unum canticum quod habemus in manibus. Sed ista quae
ut ubi sint cantica non solum ad usum. sed nec ad notitiam quidem per
uenit ecclesiarum dei. Operosum est autem et procul ab opere proposito.
si uelimus nunc requirere quam multorum librorum commemoratio
fiat in scripturis diuinis. quorum lectio nobis nulla omnino est
tradita. Sed nec apud iudeos quidem haberi in usum huius
modi reperimus lectionum. quae siue pro eo quod aliqua supra
humanam intellegentiam continebant placuit sancto spiritu au
ferri de medio. siue quod scripturis his quae appellantur apo
criphe. pro eo quod multa in eis corrupta et contra fidem
uerba inueniantur dari maioribus non placuit locum; nec
admitti ad auctoritatem; Supra nos est pronuntiare de talibus;
Illud tamen planum est, multa ut ab apostolis. ut ab euangelistis
exempla esse prolata. et nouo testamento inserta. quae in his
scripturis quas canonicas habemus. quas legimus. non re

perierunt. in apocriphis reperiuntur tamen inueniuntur;
et euidenter ex ipsis ostenduntur adscripta. Sed nec sic quidem
locus apocriphis claudendus est. Non enim transferendus est in numero
eorum, quos statuerunt patres nostri; Potuit enim fieri ut apostoli uel
euangeliste sancto spiritu repleti scierint quid assumendum esset ex illis
scripturis. quid uero refutandum; Nobis autem non est, absque periculo aliquid
tale presumere, quibus non est tanta spiritus abundantia. Et ideo de presenti
uersiculo nos eam tenebimus editionem quam super exposuimus.
maxime cum euidens habeatur in eo distinctio. ubi ait. canticum
canticorum. quod est ipsi salomoni; Si enim uoluisset intellegi
canticorum salomonis hoc esse canticum. dixisset utique canticum
canticorum que sunt salomonis. uel canticum ex canticis salomonis,
Nunc autem cum dixit quod est salomoni. ostendit istud canticum quod est
in manibus. et quod erat ei canendum hoc esse salomonis. et de hoc
attitulationem quam proposuit continere; Videamus ergo iam
etiam que secuntur. Osculetur me ab osculo oris sui; Meminisse
forte illud debemus quod in prefatione premonuimus. Quia libellus
hic epithalamii habens speciem. dramatis in modum conscri
bitur; Drama autem esse diximus ubi certe persone introducuntur
que loquantur. et alie que interdum superueniunt. alie recedunt
aut accedunt. et sic totum in mutationibus agitur personarum; Hec
ergo erit totius libelli species. et secundum hec pro uiribus hi
storica a nobis aptabitur expositio, Spiritalis uero intellegentia
secundum hoc nichilominus quod in prefatione signauimus.
uel de ecclesia ad christum sub sponse uel sponsi titulo. uel de anime
cum uerbo dei coniunctione dirigitur; Introducatur ergo nunc
per historie speciem sponsa quedam que susceperit quedam
sponsaliorum et dotis titulo dignissima munera ab sponso nobilis
simo. sed plurimo tempore moram faciente sponso sollicitari eam
desiderio amoris eius. et confici iacentem domui sue. et agentem
omnia. quatenus possit aliquando uidere sponsum suum atque
osculis eius perfrui, Que quoniam differri amorem suum nec adipisci

ſe poſſe qđ deſiderat uidet. conūtat ſe ad orationem ⁊ ſup
plicet dō. ſciens eū patrē ēē ſponſi ſui; Conſideremū ergo eā leuantē
ſcās manus ſine ira ⁊ diſceptatiōe in habitu ordinato. cū uerecun
dia, ⁊ ſobrietate. ornatā digniſſimis ornamītis. qb; ornari decet
nobilē ſponſam. Aeſtuantē ū deſiderio ſponſi et intīno uulnere
amori agitatā. orationē ut diximꝰ fundere ad dm̄. ⁊ dicere de ſpon
ſo ſuo; Oſculet̄ me ab oſculis oris ſui; hec ſt̄ que drāmatū in modū
conpoſita. hiſtoriā ta continet explanatio; Interiori uero intellectu
uideamꝰ ſi hoc modo poterit conpetent̄ aptari; eccłā ſit deſiderans
xp̄o coniugi. ecclæſiam aut̄ cetū omnū adūte ſcōꝝ. hec ergo eccłā
ſit quaſi omnū una pſona. que loquat̄ et dicat; Omīa habeo. reple
taſū muneribꝫ que ſponſalioꝝ uel doti titulo ante nuptias ſumpſi;
Dudū enī cū pparater ad coniugiū filii regis et pmogeniti omīs
creature. obſecuti ſt̄ et miniſtrauer̄ m̄ etiā prophete; locuti ſt̄
enī et ipſi omīa p que n̄ ſolū oſtenderent et indicarent michi
de filio dī. cui me delatis his que apellant̄ arris et muneribus
dotalibꝫ ſpondere cupiebant. Verū ut et in amorē ei deſiderīq;
ſuccenderent. denuntiauer̄ m̄ pphetici uocibꝫ de aduentu ei
⁊ de innumeri uirtutibꝫ opibꝫq; ei repleti ſcō ſpū; Predicauerunt
pulcritudinē quoq; ei. ⁊ ſpetiem ac manſuetudinē deſcēpſer̄
ita ut ex omībꝫ his ad amorē ei intolerabilit̄ inflammarer;
Sed qm̄ ſclm̄ iam pene finitū ē. ⁊ ipſius quidē pſentia n̄ dat̄ michi.
ſolos aut̄ miniſtros ei uideo aſcendentē ⁊ deſcendentē ad me.
propt̄ hoc ad te patrē ſpōſi mei p̄cem fundo et obſecro. ut tandē
miſeratus amorē meū mittas eū. ut iam n̄ michi p miniſtros ſuos
anglos tm̄ taxat ⁊ pphetas loquat̄. ſed ipſe pſemetipſū ueniat
⁊ oſculet̄ ab oſculis oris ſui. ūba ſi licet in os meū ſui oris infundat; meū
Ipſum audiā loquentē. ipſū audiā docentē; hec enī ſt̄ xp̄i oſcula
que porrexit eccleſie; cū in aduentu ſuo ipſe pſens in caritate
poſitus. locutus ē ei uerba fidei ⁊ caritatis et pacis. ſcdm̄ quod
yſaias promiſerat pmiſſus ad ſponſam et dixerat. n̄ legatus.
neq; angelus ſed ipſe dn̄s ſaluabit eos. Tertio uero expoſitioni

loco introducamus animam cuius omne studium sit coniungi
et consociari uerbo dei. et intra misteria sapientie eius ac scientie.
uelut sponsi celestis thalamum intrare. cuique anime etiam ipsi. munera
data sint dotis scilicet nomine. Sicut enim ecclesie dotis fuit legis et pro
phetarum uolumina. ita huic lex nature. et rationabilis sensus. ac liberta
arbitrii. dotalia munera deputantur. Habent autem hec dotis sue munera.
sit ei prime eruditionis doctrina. a monitoribus quoque doctoribusque de
scendens. Sed quoniam in his non est plena et perfecta desiderii sui et amoris
expletio. deprecetur ut mens eius pura et uirginalis ipsius uerbi dei illu
minationibus ac uisitationibus illustretur. Cum enim nullo hominum uel angeli
ministerio diuinis sensibus et intellectibus mens repletur. tunc oscula ipsius
uerbi dei suscepisse se credat. Propter hoc ergo et huiusmodi oscula.
dicat anima orans ad deum. Osculetur me ab osculis oris sui. Donec enim incapax
fuit. ut ipsius uerbi dei caperet meram solidamque doctrinam. necessario su
scepit. oscula id est sensus ab ore doctorum. ubi uero sponte iam ceperit
obscura cernere. enodare perplexa. inuoluta dissoluere. parabolas
et enigmata dictaque sapientium competentibus intelligentie lineis expli
care. tunc iam oscula ipsius sponsi sui. id est uerbi dei suscepisse se credat.
Ideo autem et pluraliter oscula posuit. ut intellegamus unius cuiusque ob
scuri sensus illuminationem osculum esse uerbi dei ad animam perfectam delatum.
Et secundum hoc forte dicebat prophetica et perfecta mens. Os meum aperui. et
adtraxi spiritum. Os autem sponsi intellegamus uirtutem dici. qua illuminat
mentem. et uelud sermone quodam amoris ad eam facto. Si tamen capere me
reatur tante uirtutis presentiam. incognita queque sibi et obscura ma
nifestat. Et hoc est uerius propriusque et sanctius osculum. quod a sponso
dei uerbo porrigi dicitur sponse pure scilicet anime ac perfecte. Cuius
rei imago est. illud osculum quod in ecclesia sub tempore mysteriorum nobis
inuicem damus. Quotiens ergo in corde nostro aliquid quod de diuinis dogma
tibus et sensibus querit absque monitoribus inuenimus. totiens
oscula nobis data esse a sponso dei uerbo credamus. Ubi uero que
rentes aliquid de diuinis sensibus inuenire non possumus. tunc affectu
orationis huius assumpto. petamus a deo uisitationem uerbi eius.

et dicam. Osculetur me ab osculis oris sui. Scit autem pater unius
cuiusque animae capacitatem. et novit in quo tempore cui animae quae
oscula verbi porrigere in intellectibus dumtaxat et sensibus
debeat. Quia bona sunt ubera tua super vinum. et odor unguentorum
tuorum super omnia aromata. Intellege ergo quasi in historiae dramate
sponsam elevatis ad deum manibus. orationem fudisse ad patrem.
et orasse ut iam veniret ad eam sponsus. et ipse eam osculis propriis
infunderet. Dumque haec orat ad patrem. in ipsa oratione qua dixit.
osculetur me ab osculis oris sui. et parat etiam alia orationis verba sub
iungere ac dicere. quia in hoc principio sermonis affuisse sponsum.
et oranti ei astitisse ac revelasse ubera sua. ipsumque sponsum un
guentis magnificis. et quibus flagrare sponsum decebat consti
tisse delibutum. Sponsa autem ubi adesse vidit eum pro quo orabat ut
adesset. et adhuc loquenti sibi praestitum quod orabat. ac datum sibi ab
ipso oscula quae poposcerat. laeta pro hoc reddita. et decore uberum
et flagrantiae ipsius odore permota. propositae orationis sermone
convertit ad praesentiam sponsi qui aderat. Et cum dixisset quia subiungit
post haec ad praesentem iam sponsum loquens. bona ubera tua super vinum.
et odor unguentorum super omnia aromata. Haec interim secundum historicam
intellegentiam quam dramatis in modum praediximus texta. Nunc vero quid in
tellectus interior requiramus. Diversis vocabulis principale cordis
appellare in scripturis divinis invenimus. quae vocabula pro causis et
rebus de quibus agitur aptari solent. Interdum enim cor dicitur ut beati
mundo corde. et corde creditur ad iustitiam. Si vero convivii tempus sit.
pro specie et ordine discumbentium vel sinus vel pectus appellatur.
sicut Iohannes in evangelio refert de quodam discipulo quem amabat Iesus.
quod in sinu eius vel super pectus eius recubuerit. ille profecto cui innuens
Symon Petrus dicebat. Interroga quis est de quo dicit. Post haec vero recum
bens super pectus Iesu dicit ei. Domine quis est. In his enim certum est quod
Iohannes in principali cordis Iesu. atque in intimis doctrinae eius sensibus
requievisse dicatur. Ibi requirens et perscrutans thesauros sapi
entiae et scientiae qui reconditi erant in Christo Iesu. Sed et sinus Christi

sint in loco sanctorum dogmatum accipiat. puto indecens non uideri.
De diuersis ergo modis ut dicere ceperamus. principale cordis
in scripturis sanctis designatur. sic in leuitico nichilominus ubi de sacrificiis
pectusculum separationis et brachium sacerdotibus sequestratur. Et in hoc
enim sequestratum ac separatum pectusculum et brachium precellens ceteros
homines principale cordis operum decus uult esse in sacerdotibus.
de quo plenius in libro leuitici ut dominus dare dignatus est. expo
suimus. Secundum hec etiam in presenti loco. quoniam quidem amatoria uidetur
dragma que agitur in uberibus. principale cordis intelligamus.
ut tale uideatur esse. quod dicitur. Cor tuum sponse et mens id est dogma
ta que intra te sunt. ut doctrine gratia superat omne uinum quod cor
hominis letificare solet. Sicut enim in his de quibus dicitur. quia
dominum uidebunt. cor competens esse dictum uidetur. et in discumbente
ac pectus ponitur. Probabitur sine dubio discumbentium formaque
conuiuii. Et rursus ut apud sacerdotes pectusculum et brachium
misticis designatur eloquiis. ita arbitror etiam in presenti loco. ubi
amantium habitus et colloquia describuntur. gratissime hoc ipsum
principale cordis in uberibus appellatum. Bona sunt ergo ubera sponsi.
quoniam quidem thesauri sunt in eis sapientie et scientie reconditi.
Vbera autem hec uino comparat sponsa. sed ita comparat. ut preferat.
Vinum autem illa intellegentia sunt dogmata et doctrine. que per legem
et prophetas ante aduentum sponsi sumere sponsa consueuerat.
Sed nunc considerans hanc doctrinam. que ex uberibus profluit sponsi.
miratur et stupet. uidens eam longe prestantiorem quam illam ex qua
ante aduentum sponsi letificata fuerat tanquam ex uino spirituali
quod ministrabant sancti patres ac prophete. qui etiam huius ge
neris plantauerant uineas. ut prius esayas in cornu in loco uberi
et coluerunt eas. Videns ergo nunc multam esse eminentiam dogmatum
et scientie apud sponsum. et longe ex eo perfectiorem quam fuit apud
antiquos emanare doctrinam. dicit. Bona sunt ubera tua super uinum.
Super illam scilicet doctrinam in qua letificabar ab antiquis.

De hoc enim antiquorum vino intellegendum puto, et Ecclesiasten dicere, ubi ait,
Vade ergo in corde meo, veni et temptabo te in letitia et vide in bono.
Et iterum de eis de vineis loquens idem ecclesiastes, dicit, Magnificavi opus
meum, edificavi mihi domos, plantavi mihi vineas, feci mihi ortos et paradisos.
et reliqua. Sunt autem huius vini mystici etiam ministri quidam, qui vini fusores
appellantur; Sic enim idem dicit; Et feci mihi cantatores et cantatrices, et
in letitia filiorum hominum vini fusores, et vini fusitrices, Vide ergo si possumus
si cut in ceteris. etiam in hoc intellegere salvatorem, veteri vino novella uberum
suorum fluenta miscentem. cum maria et ioseph querentes invenerunt eum in templo
sedentem in medio doctorum, et audientem atque interrogantem eos. quando et
mirabantur omnes super responsis eius, Sed ibi fortassis species forme huius
expletur. ubi ascendens in montem docebat populos et dicebat; Dictum est
antiquis, non occides, Ego autem dico vobis; Omnis qui irascitur fratri suo sine causa.
reus erit; Et dictum est antiquis non adulterabis. Ego autem dico vobis; Omnis qui viderit
mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo; Inquantum ergo
doctrina hec eius illam precellit antiquam, intantum sponsa intellegit ac pronun
tiat valde bona esse ubera eius super vinum. Sed et quia venit filius hominis. man
ducans et bibens. et dicunt ecce homo vorator et potator vini bibens, ad hoc nichil
omnimus respicit; Tale est, et illud vinum potatum fuisse in cana galilee quod bibebatur
in convivio nuptiali, Quo deficiente. fecit ipse aliud vinum cui testimonium
reddidit architriclinus quod sit valde bonum. et illo vino quod expensum fuerat
multo prestantius cum dicit; Omnis homo primum bonum vinum ponit et cum in
ebriati fuerint id quod inferius est. Tu autem servasti vinum bonum usque nunc.
Sed et salomonem qui pro accepta a deo sapientia in admirationem fuit regine saba,
que venerat temptare eum in questionibus. Que sint in quibus eum eadem regina
miretur. audi scripturam referentem, Et vidit inquit regina saba omnem
sapientiam salomonis. et domum quam edificavit. et apparatum convivii eius
et sedes puerorum eius. et ordinem ministeriorum eius. et vestes eius. et vini fusores eius
et holocausta eius que offerebat in domo domini. et obstupefacta est. et reliqua.
In his ergo adverte quomodo. hec que venit a finibus terre audire sapien
tiam salomonis inter cetera miratur et cibos corporales convivii eius. et

vini fusores eius. Et super his dicatur obstupuisse. Nescio autem
si ita ineptam putemus fuisse reginam. quae ob hoc venerit a finibus
terrae ut audiret sapientiam salomonis. ut miraretur cibos cor
porales et vinum commune istud ac pincernas vini in ministerio
regis; Quid enim in hoc tantum admiratione dignum reginae videretur
quae omnia [illegible] sunt pene omnibus hominibus. Sed mihi videtur
mirata esse cibos doctrinae eius, et vinum dogmatum quae ab eo
per divinam sapientiam praedicabantur; Hoc erat vinum vinitorum et illud quod
apud [illegible] hieremiam refertur de filiis recha ionadab. filiis rechab.
qui tempore eo quo peccata populi involuerant. et pro iniqui
tatibus plebis, captivitas imminebat. convocati sunt ut biberent
vinum. et dixerunt quia mandaverat eis pater suus ionadab ne biberent
vinum ipsi et filii sui in sempiternum; neque domos aedificarent. neque seminarent
semen. neque plantarent vineas. sed in tabernaculis habitarent omnibus
diebus vitae suae; Et amplectitur eos deus eo quod custodierint praecep
tum patris sui et noluerint bibere vinum; Pro peccatis enim tunc populi
et iniquitatibus eorum. erat vinea eorum ex vinea sodomorum. et palmites
eorum ex gomorra, uva eorum uva fellis. et botrus amaritudinis. venenum
aspidum et furor draconum erat vinum eorum. Propter hoc ergo laudabiles
habentur filii ionadab. qui tale vinum. venenata scilicet dogmata.
et aliena a fide dei. bibere ac suscipere recusarunt; Propter hoc fortassis
percussit deus egyptiorum vineas sicut in psalmo scriptum est. ne tale facerent
vinum; Igitur si intelleximus vini differentias. eas quae pro diversitate
dogmatum constare perspeximus. quod ait hic sponsa quia bona sunt
ubera tua super vinum. utique intellegamus bonum et malum; Bonis enim non
malis comparata dogmatibus. sponsi dogmata praeferuntur; Bonum enim vinum
gustaverat prius in lege et prophetis. ex quo velut praemeditata fuerat
sponsa letitiam cordis accipere. ac praeparari ut capere posset etiam illam quae
affutura erat per ubera ipsius sponsi. excellentiorem cunctis. eminenti
oremque doctrinam; Et ideo dicitur. bona sunt ubera tua super vinum; Et vide. si ad
huc huic formae aptare possimus illam evangelii parabolam quae dicit.
Simile est regnum caelorum thesauro occulto in agro. quem qui invenerit

absconditur. et p̄ gaudio ei vadit et uendit omia que habet. et emit
agrū illū. ē ergo thes aurus hic nō in deserto alico loco. neq̄
in siluis. sed in agro absconditus; et possibile utiq̄ ē agrū illū
habere etiā uineas que afferant vinū. hbe etiā thes aurū. ppt quē
et distractis omib; emit agrū illū. his qui inuenerat ibi thes aurū.
Potest ergo dicere ille qui emit agrū quia bonus ē thes auri q ē
in agro. magis quā uinū quod in eo; Ita ergo et bonus ē sponsus atq̄
ubera sponsi. qui uelud thes aurus absconditū ē. in lege et propheti
magis quā uinū quod ē in eis. Illa scilicet doctrina que palā ē. et leti
ficat audientē. Bona sc̄ ergo vbera sponsi. Thes auri enī sunt
sapientie et scientie in eo absconditi; Quicū apti et reuelati fuerint
oculi sponse. multo p̄stantiores ei uidebuntur. quā fuit p̄us illud
uinū legis et pphetie; Sed et si tam iuxta expositionē de anima pfecta et uer
bo dī sentire debeamus. possumus dicere in his. Quādū idoneus
sed paruulus ē; et nondū semetipsū ex integro obtulit dō. Bibit uinū
quod affert ager ille, quia ubi intrase etiā thes aurū absconditum;
et bibens letificat ex uino. Cū aūt obtulerit et deuouerit
semetipsū dō. et nazareus fuerit effectus. atq̄ inuenerit
thes aurū absconditū. et ad ipsa ubera forti puenerit. uerbi dī
uinū et siceran iā n̄ bibit. dicens ad ipsū ubū debis thes auri qui
in ipso sapientie et scientie recondisti. quia bona sunt ubera tua
sup uinum; Sunt aūt etiā ungenta quedā sponsi. quoꝝ
fragrantia delectata ē. sponsa et dicit. Odor unguentoꝝ
tuoꝝ. sup omīa aromata; Aromata. species sunt pigmentoꝝ.
Sposa ergo habuit vsū et notitiā aromatū. hoc ē. uerboꝝ legis
et pphetaꝝ quib; ante aduentū sponsi mediocriter lic; in
struita tam uidebat exerceri ad cultū dī. ut pote paruula ad
huc. et sub curatorib; et actorib; agens. et pedagogis;
lex enī inquid pedagogus nr̄ fuit ad xpm; hec ergo omīa
aromata fuer. in quib; enutriri uisa ē. et sponso suo pparari.
Sed ubi uenit plenitudo temporꝝ. et adoleuit. atq̄ unige
nitū suū pat spū sc̄o uncto [l unctū] misit in hunc mundū. odorata

sponsa:
divini unguenti fragrantia. sentiensque quod omnia illa aromata
quibus prius usa videbantur; longe inferiora sunt ad comparationem
suavitatis novi huius et caelesti unguenti. ait. Odor unguentorum
tuorum super omnia aromata; Christus spiritaliter et sponsus atque et pontifex
dicitur. Pontifex quidem. secundum hoc quod mediator est dei et hominum. omnisque
creature. pro qua et propitiatio factus est. semetipsum offerendo hostiam
pro peccato mundi. Sponsus vero. secundum hoc quod ecclesiae iungitur non habenti
maculam aut rugam aut aliquid horum. considera ne forte unguentum
illud pontificale quod in exodo conponi iubetur arte pigmentarii.
istius unguenti quod nunc odorata sponsa miratur teneat rationem. Et
videns quod illa quidem aromata quibus illud conpositum videbatur. quo aaron
unctus est. erant terrena et materiae corporalis. hoc autem unguentum
quo nunc unctum vidit sponsum spiritale est. et caeleste. iccirco dicat. Quia
odor unguentorum tuorum super omnia aromata; Videamus ergo. quomodo
conpositum sit illud unguentum. Et locutus est inquit dominus ad moy-
sen dicens. Accipe tibi florem mirre electae. quingentos siclos. et cinnamo-
mum suave. ducentos quinquaginta. ac quingentos siclos. Et calamum
suavem ducentos quinquaginta ac quingentos siclos. secundum siclum
sanctum. et oleum ex olivis hin. et facies illud oleum crismatis sancti. unguentum
arte pigmentarii. Haec ergo in lege quidem referri audierat sponsa.
sed rationem eorum veritatemque nunc perspicit; Viderunt enim quod .IIII. iste
species unguenti illius. formam tenebant incarnationis verbi
dei; quod ex quatuor elementis conpaginatum corpus assumsit. in
quo corpore. myrra illa mortis eius. quam sive ut pontifex pro populo.
sive ut sponsus pro sponsa suscepit. servat indicia; Quod vero non sim-
pliciter myrra sed flos myrrae. et myrrae electae scriptum est. non solum mor-
tem eius. sed et primogenitum eum futurum ex mortuis indicabat;
atque eos qui conplantati fuissent similitudini mortis eius non solum
vocatos. sed et electos futuros; Cinnamomum vero inmaculatum dicitur.
propter ecclesiam sine dubio quam purificavit lavacro aquae. et
inmaculatam fecit non habentem maculam aut rugam. aut aliquid eiusmodi;
Sed et calamus assumitur. quia lingua eius est. calamus scribae velociter scribentis.
doctrinae gratiam pigmenti varietate designans. In eis quoque species
adhibetur calidissima ut fertur et ardentissima. in qua ut sancti spiritus
fervor. ut futuri per igenm iudicii ostenditur forma; Numerus
vero quingentorum siclorum. sive ducentorum quinquaginta. ut quinque
sensuum in eo mysterium tenent centupliciter perfectorum. ut remis-
sionem peccatorum per eum datam significant. Quinquagenarius
venerabilis numerus est. quinquies plicatur positus. Sed et haec omnia
oleo puro colliguntur. per quod ostenditur. ut misericordiae. ut salutis causa

7

cassia

murra. cinnamomum. calamus. cassia

17

fuisse. qa isq; erat in forma dī formā serui suscepit. ut
ea que ex materiali substantia in xp̄o fuerant assūpta. p spm̄
scm̄ redacta in unū fuisse. atq; in unam spetiē que est psona
mediatoris effecta; Illud ḡ oleū materiale nullo genere oleū
letitię appellari potuit; Istud aūt oleū. id. scīs spīs unguentū
quo unctus ē xp̄c. & cuius nunc odorē sponsa pcipiens admira
taē. oleū letitię qa fructus spīs gaudiū ē, merito apellatur.
cū dīs unxit eū q dilex iustitiam & odio habuit iniqtatē; ppt a
eū dicitur unxit eū dīs dīs suus oleo letitię pparticipib; suis.
Etidō. odor unguentorum eius ē sup oīa aromata; Similiaūt
expositioē utim̄ etiā si ad unam quamq; animā inamore &
desiderio ūbi dī posita transferatur hic smo. cui fuerint oms
doctrinę p ordinē decursę. in quib; ante agnitioē ū bi dī exer
citata uidet & erudita. siue ex morib; siue ex naturalib; scolis;
Erant enī ei ista oīa aromata que dā p eo qd in his institutio p
babilis. & mox ... querit emendatio. qd dependit in his uanitā
scli. & caducaz rez respuunt falsa miracula; Erant enī hec
oīa uera aromata & odorata que dā animę pigmēta. sed ubi ad
agnitionē misterioz & diuinoz dogmatū scientiā uentū est.
ubi ad ianuas ipsius sapientię & scientię. n huius mundi neq;
pncipū huius mundi qui destruunt accessū ē. sed ad ipsā dī
sapientiā que inter pfectos disserit. & ubi misteriū q p orib;
generib; n fuit notū filiis hominū reuelatū ē, ubi in quā anima
ad agnitionē tanti huius ascendit archam. merito dicit.
Quia odor ungentoz tuoz. spītal scilicet intellegentia & my
stica. sup oīa ē aromata. moral naturalisq; philosophię; Non
aūt latuit nos q̄ in quib; dā exemplarib; p eo q̄ nos legimus
quia bona sūt ubera tua sup uinū. inuenimus scriptū quia boñe
loquelę tuę sup uinū; Quod quāuis euidentius significasse uide
at ex ipsa que a nob spitali intptatioē dissertasē. tam nos sep
tuaginta intptū scriptura pomia custodimus. certi quod sps scs
misterioz formas obtectas ēē uoluit scripturis diuinis. n palam
atq; in ppatulo haberi; Vnguentū exinanitū nom̄ tuū ppta ad
vlescentulę dilexerte; Trahe me p te in odore ungentoz tuoz.
curremus; Historica quidē expositio eadē que in supiorib;. pcu
currit etiā in psenti loco. donec fiat aliqua commutatio psonaz;
Ita quippe ordo dramatis. quin hac expositioē a nob receptus ē.
poscit; potest sane in his pphetia quidē uideri ex psona sponsę plata
de xp̄o. q̄ futurū eēt ut in aduentu dn̄i & saluatoris nr̄i. nom̄ eius
ita p orbē terraz & p uniūsū mundū diffunderet, ut fieret odor

suauitatis in omni loco. sicut et apostolus dixit. Quia christi bonus odor sumus
in omni loco; Alius quidem odor ex morte in mortem. alius autem odor
de uita in uitam; Sic enim omnibus fuisset et odor uite in uitam. dixisset
utique et hic. omnes dilexerunt te. traxerunt te. sed nunc ait;
Ubi nomen tuum factum est unguentum exinanitum. dilexerunt te. Non ille
uetuste ac ueterem hominem indute anime. neque rugas habentes
aut maculam. sed adolescentule in augmento scilicet etatis et pulchri
tudinis posite anime. que semper innouantur. et de die in diem renouantur.
nouum se induentes hominem. qui secundum deum creatus est; Propter istas
animas ergo adolescentulas et in augmentum uite ac perfectibus positas.
exinaniuit se ille qui erat in forma dei. ut fieret unguentum exinanitum
nomen eius. ut non iam inaccessam lucem tantummodo habitaret, et in for
ma dei permaneret. sed uerbum caro fieret. quo possint iste adole
scentule et in augmento profectuum posite anime. non solum diligere
sed attrahere eum ad se; Trahit enim unaqueque anima et assumit
ad se uerbum dei. pro capacitatis et fidei sue mensura; Cum autem
traxerint ad se anime uerbum dei, et sensibus suis atque intellectibus
inseruerint. ac dulcedinem eius et odoris senserint suauitatem.
ubi unguentorum eius flagrantiam ceperint. rationem dumtaxat ad
uentus eius et redemptionis ac passionis causas. caritatemque eius agno
uerint. qua pro salute hominum usque ad mortem crucis inmortalis
accessit. et in his omnibus uelut diuini cuiusdam et ineffabilis un
genti odoribus inuitate adolescentule iste, anime plene uigoris
atque alacritatis effecte. currunt post ipsum. atque in odorem suauitatis
eius. non leni gradu nec tardis passibus. sed rapido cursu et tota properatione
festinant; Quemadmodum et ille qui dicebat. Sic curro ut conpre
hendam. Uerum quod ait. Unguentum exinanitum nomen tuum. propterea
adolescentule dilexerunt te. traxerunt te. post te in odorem unguentorum
tuorum currimus; Trahunt ad se christum adolescentule. Si quidem de ec
clesiis intellegatur; Que una quidem est, cum perfecta est. multe uero sunt ad
olescentule. cum adhuc instituuntur et proficiunt. Iste ergo trahunt
ad se christum per fidem. Quia christus ubi congregatos uiderit duos uel .iii.
in fide nominis sui. uadit illuc. et est in medio eorum. fide eorum tractus.
et unanimitate prouocatus; Secundum uero .iii.cia expositione de anima uerbum
dei sequente intellegi hec oportet. quecumque anima fuerit eru
dita primo moralibus. secundo etiam in naturalibus exercitata per
illa omnia que in his disciplinis edoceri super ostendimus. ipsa morum
emendatio. et eruditio rerum. ac probitas discipline. trahit ad se
uerbum dei, Et libens trahitur; gratissime enim ad eruditas animas
uenit. et trahi se ab his indulgenter accipit. Si hec eo in qua omnia.

18

NT

Benigneq; concedit, Requiro sane. Si solum nomē ei qui a
unigenitū factū ē, exinanitū. tantū operis egit, et ita suscitauit
adolescentulas. ut p̄mo eū traherent ad se. & habentes eū
apud se. caperent ungentor̄ ei odorē. & statī currerent ad eū.
Si hec inquam omīa nomine ei effecta sī: quid putas faci & ipsa
ei substantia. Quid ex illa adolescentule iste uirtutis. quid ungo
ris accipient. si quo pacto potuerint aliquando ad ipsam eius in
conprehensibilem atq; ineffabilem substantiā peruenire. Ergo
puto quod si ad hoc aliquando peruenerint. iam non ambulent
neq; currant. sed inoculis t uiscul quibusdam caritatis eius astricte
adhereant. nec ultra mobilitatis alicuius ullus in eis resideat locus.
Sed sint cū eo unus sp̄s. & compleatur in illis quod sc̄ptū ē. Sicut
tu patē in me. & ego in te unū sumus. ita & isti in nob̄ unū sint;
Sed nunc interim ut uidetur. sponsa consociatis sibi adulescen
tul multis. quar̄ in posterioribus nullus ēē numerus dicitur,
ab uno solo sensu. id ē odoratu tantummodo capta. currere se
in odore ungentor̄ sponsi commemorat. siue q' & ipsa cursu
adhuc indigeat & p̄fectu. siue q' ipsa quidē perfecta sit, p̄ his
aūt adolescentul que adhuc cursu & p̄fectib; indigent.
etiā ipsa currere se fatetur. sicut et ille qui cum sub lege
non ēēt. fit tam̄ sub lege. ut eos qui sub lege sunt lucri faciat.
Et itē. cum in lege sit xp̄i. his tam̄ qui sine lege sī fit & ipse
sine lege. ut eos qui sine lege sī saluet. Et hoc fit ut diximus.
sol ō adhuc odoratus eius accepto; Quid putas agent. cū & au
ditū ear̄ & uisū & tactū gustūq; occupauerit uerbū dī; & sin
gul quib;q; sensib; uirtutes ex se conpetentes. nature ear̄
capacitatiq; p̄buerit. ita ut oculus si uidere potuerit glām
eius. glām tamquā unigeniti a patre. aliud uidere ultra iam
nolit, neq; auditus aliud quam uerbū uite & salutis audire.
sed & cuius manus palpauerint de uerbo uite. nichil ultra materi
ale. nichil fragile caducūq; palpabit. neq; gustus cū gustauerit
bonum dī uerbū carnēq; eius & panē qui de celo descendit,
aliud quid post hec gustare patiet̄, pre dulcedine nāq; ipsius
& suauitate. omīs ei reliquus sapor asper uidebit̄ & amarus;
Et idō hoc solo uescitur, Omē nāq; suauitatē quā cūq; concupierit
in hoc inuenit. ad omīa namq; aptū se reddit. Et hoc ē. denīq; q'
his qui ex corruptibili semine regenerantur rationabiles & sine
dolo. efficit lac. his ū qui infirmant̄ in aliquo. olera sep̄b;. ad hospi
talitatē. amicitiā & grām. his ū qui p possibilitate sumendi
exercitatos habent sensus ad discretionē boni ac mali. fit cibū

solidum tribuit. Si qui uero sunt qui exierunt de egypto et secuti sunt columnam ignis et nubis inherentium uenient. de celo ad illos descendit minutum et subtile prebens eis cibum angelicum simile. ita ut panem angelorum manducet homo. Habet et alias multas in semetipso atque innumeras ciborum differentias. quas interim pelle quis et carne ossibusque indutus et neruis. capere non possit; Qui autem dignus fuerit redire et esse cum christo. qui que in paruo fidelis inuentus constituetur super multa. ille gustabit et capiet uoluntate domini perductus ad locum quendam qui per huiusmodi ciborum copiis et uarietatibus deliciarum nominatur. quod helias indicat. ibi enim dicetur ad eum. deliciare in domino; Deliciatur autem non uno solo edendi gustandique sensu. sed et auditu deliciabitur et uisu. et tactu odoratuque deliciabitur. In odorem namque unguenti eius curret. Et ita omnibus sensibus suis deliciabitur in uerbo dei. his qui ad summam perfectionis ac beatitudinis uenerit. Inde et in his positi locis. deprecamur auditores hos ut mortificent carnales sensus. ne quid ex his que dicuntur secundum corporis motus excipiant. sed illos diuiniore interioris hominis ad hec capienda sensus adhibeant. Sicut ipse salomon edocet nos dicens. Sensum autem diuinum inuenies. Et ut paulus quoque ad hebreos scribit de perfectis ut supra memorauimus. Qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni ut mali. ostendens esse in homine preter hos corporeos quinque sensus alios nichilominus qui per exercitia queruntur. et exercitati dicuntur. cum scilicet intelligentia rerum acumine acriore discutiunt; Non enim perfunctorie et ut libet audiendum est. quod apostolus de perfectis dicit. Qui a exercitatos habent sensus ad discretionem boni ut mali. quo ut clarius elucescant. sumamus similetur exemplum ab his corporalibus sensibus. ut ita demum ad illos diuinos ut scriptura nominat sensus interioris hominis ueniamus; Si ergo corporeus oculus exercitium usus habeat. nullo impediente obstaculo. integre et absque ulla falsitate ut colores corporum uel magnitudines qualitatesque deprehendet. Nam si aut caligine aut aliqua infirmitate impediatur aspectus. et rubrum pro albo. aut uiride pro nigro. aut rectum putet aliquid esse curuum sit et tortuosum. conturbabitur iudicium mentis. et aliud pro alio agitur; Ita ergo et interior uisus nisi eruditione et industria fuerit exercitatus. quo per multam peritiam discretionem boni ac mali capiat. sed per ignorantiam ei et imperitiam malitie alicuius langor tamquam lippis accesserit. discrimen boni ac mali capere nullatenus potest;

et inde fit. ut mala pro bonis agat. bona vero pro malis spernat;
Secundum hanc ergo formam quam de visu corporis animeque tractavimus.
consequenter etiam de auditu et gustu et odoratu tactuque per singula
quasque sui generis virtutes sensuum corporalium referens ad anime
sensus. que in singulis adhiberi debeant exercitia. que ve emendari.
perclare ac dilucide recognosces; hec autem paulo latiori excessu pro
secuti sumus. ostendere volentes odoratum sponse et adolescentularum
qui odoratus est odorem unguentorum sponsi: non corporei sensus sed divini modo
illius et interioris qui appellatur hominis dici; hic ergo odorationis
sensus in quo sanus est. et integer. odore Christi accepto. ex vita ducitur ad vitam;
Si vero non sit sanus hoc odore suscepto. de morte in mortem deicit;
secundum illud quod dicebat. Quoniam Christi bonus odor sumus. aliis quidem de vita
in vitam. aliis autem odor de morte in mortem; Denique et hi quibus in
intellectus herbarum. et pigmentorum peritia est; ferunt esse quedam
pigmenta. quorum odorem cum ceperint non nulla animalia. continuo
intereunt. alia vero eodem odore recreantur. vitamque recipiunt;
Et nunc ergo in his ipsis expositionibus et sermonibus quos habemus
in manibus. videtur esse aliis vita ex vita. aliis vero mors ex
morte. Nam si hec ita exponi audeat animalis qui dicitur homo.
qui non potest percipere et intellegere que sunt spiritus dei. irridebit sine
dubio. atque inepta hec esse et inania pronuntiabit. somnia dicturus
potius quam rerum causas et dogmata divina tractari; his ergo
odor hic cantici canticorum. efficitur de morte in mortem. De morte
scilicet infidelitatis. in mortem iudicii et condempnationis. Sequentibus
vero spiritalem sensum et subtilem. atque intellegentibus maiorem inesse
veritatem in his que non videntur. quam in his que videntur. et maiora
haberi apud deum invisibilia et spiritalia magis quam visibilia et corporea.
amplectenda sine dubio huiusmodi intellegentia videbitur et sequenda;
Agnoscunt enim. tale esse intellegentie veritatis iter. quo pervenitur ad deum.
Sed si quis iste alienus a fide sit. isque hec stulta iudicat. et ridenda. nichil
mirum; Si vero aliquis ex his sit qui videtur credere et scripturarum
auctoritatem recipere. non tamen recipit expositionis huius spiritalis for
mam sed irridet et derogat. temptemus ex aliis scripturarum locis
instruere eum. et suadere. si forte poterit sic respicere. et alia
quedam dicam ad eum. Scriptum est. preceptum domini lucidum. illuminans
oculos; Dicat ergo nobis. qui sunt oculi. qui illuminantur luce precepti.
et iterum. Qui habet aures audiendi audiat; Que sunt aures iste. quas
qui habuerit. ipse solus verbum Christi audire dicatur. et iterum. Quoniam Christi
bonus odor sumus deo, et inalius. Gustate et videte quoniam suavis est dominus
Et quod alius ait, Et manus nostre palpaverunt de verbo vite. putasne

in his omnibus non commouebitur ut aduertat unumquodque sua habet non de corporeis
sensibus dicta. sed de his que secundum interiorem hominem inesse uni
cuique edocuimus. non sic contentionis et iactantie uitia agitur que eius
modi est. quibus uitiis quoniam et uisus ille interior excecatur. et odoratus
obcluditur. et obturatur auditus. merito nec uidere que spiritalia
sunt nec audire potest. Sed ne odorem quidem istum christi capere. quo non
recepto adolescentule iste in quibus bene sanus et uigens erat
hic sensus. in odorem ungentorum eius currunt post ipsum. nec
currentes deficiunt aut laborant. quia suauitate odoris ipsius
qui est de uita inuitata refecte. uigent et inualescunt. Potest adhuc
et hoc modo accipi quod ait. Vngentum exinanitum nomen tuum.
propterea adolescentule dilexerunt te. Vnigenitus filius cum in forma
dei esset exinaniuit semetipsum. et formam serui accepit. Exinaniuit
autem. de plenitudine sine dubio in qua erat. Illi ergo qui dicunt.
quia de plenitudine eius omnes accepimus. ipse sunt adolescen
tule que de ea plenitudine ex qua se ille exinaniuit. et factum
ungentum exinanitum nomen. percipientes. dicunt. post te in odorem
ungentorum tuorum curremus. Nisi enim exinanisset et ungentum
hoc. hoc est plenitudinem diuini spiritus. et humiliasset se. usque ad for
mam serui. capere eum nullus illa diuinitatis plenitudine potuisset. nisi for
tassis sponsa. propterea quod uidetur indicare quia ungentum istud ex
inanitum. non sibi sed adolescentulis dilectionis dederit causam.
Sic enim dicit. Vngentum exinanitum nomen tuum. propterea adulescentule di
lexerunt te. ac si diceret. Adulescentule quidem propterea dilexerunt te.
quia exinanisti te forma dei. et factum est. ungentum nomen tuum exi
nanitum. ego autem non per exinanito ungento. sed per ipsa plenitu
dine ungentorum dilexi te. Hoc enim indicat in eo ubi dicit. odor un
gentorum tuorum super omnia aromata. Quod uero etiam ipsa cum ad
ulescentulis currat post ipsum. hanc esse causam. quia perfectis quibusque omnia fiant
ut omnes lucrifaciant. sicut iam supra exposuimus. Introduxit me rex in cubiculum
suum. exultemus et iocundemur in te. Cum indicasset sponso suo sponsa. quod
adulescentule odore eius capte currerent post ipsum. cum quibus.
etiam ipsa cursura esset. ut eis formam preberet post ipsum formam.
in omnibus. non quasi laboris sui consecuta iam palmam. propter quod currentes
cum currentibus. introductam se dicit a sponso rege in cubiculum eius. ut
ibi uideret cunctas opes regias. in quibus utique merito iocundatur
et exultat. utpote que secreta iam regis et archana respexerit.
Hic est secundum propositi dramatis ordinem quasi historicus intellectus.
Sed cui res agitur. ecclesie est. ad christum uenientis. uel anima uerbo
dei adherentis. Quod aliud cubiculum christi et promptuarium uerbi

dī eſt credendū. in quod ut eccłam ſuā uł animā coherentēſ
in troducat; n̄ ipſe xpī archanus ⁊ recondituſ ſenſuſ. de quo
⁊ paulus dicebat; Nos aūt ſenſum habem̄ xpī. hiſ qui diligunt
eum. ut ſciam̄ que a dō donata ſt̄ nob̄. hec illa ſt̄ que oculus
non uidit. nec auriſ audiuit. nec in cor hominiſ aſcendit. que
preparauit dſ̄ hiſ qui diligunt eum; Cū igit̄ animā xpī in intelligen
tiam ſui ſenſuſ induc̄. In cubiculum regis introducta docetur.
in quo ſt̄ theſauri ſapientie ac ſcientie eiuſ abſconditi; Non aūt
īn uacuum uidet̄. quod cum potuiſſ& dicere introdux̄ me ſponſū
meuſ. aut fratruſ mſ̄. aut aliquid eiuſmodi ut ei moriſ eſt. n̄c q̄a
cubiculum dictura erat. regi dixerit cubiculum. ⁊ non aliud nom̄
poſuerit in quo poſſit fortaſſiſ aliquiſ ⁊ mediocriſ intellegi. ſed
ꝓpt̄a arbitror in hiſ regem nominatum. ut oſtenderet ꝑ hoc nom̄
ꝑ diueſ cubiculum utpote regium. ⁊ multiſ atq; immēſiſ opib;
repletum; Prope hunc animā michi uidet̄ fuiſſe ⁊ ille qui dixit
raptū ſe ēē uſq; ad tertiū celum. ⁊ inde in paradiſū. ⁊ audiſſe
uerba que n̄ licet homini loqui, Quid eñ putaſ. ⁊ ille uerba
que audiuit n̄ne a rege audiuit. ⁊ in cubiculo aut prope cubiculū
poſituſ audiuit. Et erant credo uerba illa talia quedam. que
hortarentur eū ad amorem ꝑfectū. ⁊ promitterent ei. q̄ ſi ꝑ
ſeueraret uſq; ad finem. ⁊ ipſe poſſit regiſ intrare cubiculum.
ſcdm̄ illud quod ꝑ ꝓphām quoq; ꝓmittitur, Dabo t̄ theſauroſ
obſcuroſ. occultoſ. inuiſibileſ, Aperiam t̄ ut cognoſcas q̄a ego ſū
dn̄ſ dſ̄ tuuſ qui inuoco nom̄ tuum dſ̄ iſrł; Currunt ergo ad
oleſcentule poſt ipſū. ⁊ in odorem eiuſ. Vnaqueq; tam̄ prouirib;
alia quid& uelotiuſ. alia paulo tardiuſ, alia etiā inferiuſ ceteriſ.
⁊ ultimo aliquo in loco; Veruntam̄ curr̄ om̄ſ. ſed una eſt ꝑfecta
que ſic curriit. ut ꝑuenir& ⁊ ſola accip& palmam; Sola ē eñ
que dic̄, Introdux̄ me rex in cubiculum ſuū. cū ꝑ uſ non de ſo
la ſed de pluribʒ dixiſſet. quia poſt t̄e in odorē ungentoꝝ tuoꝝ
currimuſ, Introducitur ergo in cubiculum regiſ ⁊ efficitur
regina. ⁊ ipſa ē de qua dicitur, Regina aſtitit a dextriſ tuiſ
in ueſtitu deaurato. circūamicta uarietatib;, De hiſ aūt adole
ſcentul̄ que poſt ipſā cucurrer̄. ⁊ ꝓcul ab ea in ipſiſ currendi ſpa
tiſ. poſteā. ꝓxime eiuſ adducent̄ t̄. Adducentur in letitia ⁊ exul
tatione. inducent̄ in templū regiſ; Sed ⁊ illud in hoc debem̄ aduer
tere. q̄ ſic̄ rex hab& cubiculū q̄dā in q̄ reginā ſiue ſponſā ſuā
introduc̄. ita hab& ⁊ ſponſa ſuū cubiculū in q̄ cōmin& ꝑ uerbū
dī ingreſſa claudere oſtiū. ⁊ ita concluſiſ illic omīb; diuitiiſ
ſuiſ intra illud cubiculum orat patrē qui uidet in abſconſo

ut proſpiciat quantas opes. animi ſcilicet uirtutes intra cubiculum
ſuum ſponſa condiderit. et uidens eius diuitias. det ei petitiones ſuas;
Omni enim habenti dabitur; Quod autem ait exultem et iocundem in te.
uidetur ex perſona adoleſcentularum dici. ut optantium et pre
cantium a ſponſo. ut quemadmodum ſponſa conſecuta eſt
que proſecuta eſt et exultat. ita etiam ipſe implere curſum ſuum
et peruenire uſque ad regis cubiculum mereantur. ut perſpectis et intui
tis omnibus his de quibus gratulatur. etiam ipſe exultent ſicut et illa.
et iocundentur in eo. Ut etiam ad ſponſam poteſt dictum uideri ab
adoleſcentulis congratulantibus ei. et promittentibus quod participes
fiant eius exultationis et letitie; Diligimus ubera tua ſuper uinum.
Sponſa quidem poſtea quam oſcula meruit ab ipſo ſponſi ore ſuſcipere.
et uberibus eius perfrui. ait ad eum. Bona ſunt ubera tua ſuper uinum;
Adoleſcentule uero que nondum in id beatitudinis uenerant.
neque ſummam perfectionis acceperant. neque uſu et operibus fructus per
fecte caritatis expleuerant. ut quaſi experte pronuntiarent
uberibus eius quia bona ſunt. uidentes tamen ſponſam delec
tari et refici ex uberibus ſponſi. ex fontibus ſcilicet ſapientie
et ſcientie que de uberibus eius profluunt. pocula celeſtis doctrine
ſumentem. tanquam imitatrices perfectionis eius. et deſiderantes eius ſe
ueſtigiis incedere. promittunt et dicunt; Diligimus ubera tua ſuper
uinum; Id eſt nos quidem nondum in id perfectionis aſcendimus. ut
iam diligamus ubera tua ſuper uinum; Utroque enim modo ſenſus iſte ſtare
uidetur; gerimus tamen ſpem utpote adoleſcentule in id etatis
proficere. quo poſſimus non ſolum paſci et ali ex uberibus uerbi dei,
ſed et diligere alentem; Iſte ſunt autem adoleſcentule ut ſepe iam
diximus. anime que primis et in initio ualentibus eruditionibus
uidentur imbute. et ueluti uino quodam letificate. inſtitutione
dumtaxat tutorum curaque et pedagogis utpote paruule. et que
haberent quidem in uiribus amare uinum, non tamen haberent
in etate amore uberum ſponſi moueri ut excitari poſſint.
Sed ubi aduenit plenitudo temporum. et Chriſtus in eis profecit.
et ſapientiam etiam ſentire ceperunt. que ſint ubera ſponſi.
queque in his perfectio uerbi dei. et doctrine ſpiritalis plenitudo
deſignetur. promittunt quia pluſquam uinum quod nunc tanquam
paruule diligunt. tunc dilecture ſint ubera ſponſi. id eſt propen
ſiores future erga perfecta in omni plenitudine decreta Chriſti
dogmata. quam ſibi in communibus ſtudiis ſiue legis et prophe
tarum uiſe ſunt inſtitutionibus extitiſſe; Aequitas dilexit te.
Etiam hoc uidentur michi adoleſcentule proloquntur. uelud ſatis

Satietates, pro eo quod dilecturas se super vinum promiserunt ubera
sponsi et nondum iam in presenti diligant, neque integram iam caritatem ostendant.
Est ergo vox ista velud incusantium semetipsas. quasi que nondum
abiecta omni iniquitate, pervenerunt ad equitatem, ut possint
iam diligere super vinum ubera sponsi. scientes inconveniens omnino
esse, ut aliquid adhuc resideat iniquitatis in eo. qui ad perfectionem
spiritalis et mistice doctrine pervenerit. Quia ergo summa perfectionis
in caritate consistit, caritas autem nichil iniquitatis admittit.

Merito ergo equitas esse dicitur. que diligit sponsum. Et vide si non
ob hoc videtur etiam illud in evangelio a salvatore dictum. Si diligitis
me mandata mea servate. Si ergo qui diligit christum mandata
eius custodit. et qui mandata custodit nulla est in eo iniquitas.
sed equitas in eo permanet. Equitas ergo est. que et mandata custodit
et diligit christum. Et rursum. Is qui mandata custodit ipse diligit
christum. erit ergo ut quanta iniquitas in nobis est, tantum longe simus
a dilectione christi, et tantum mandatorum eius prevaricatio habeatur in nobis.
Et ideo regulam quandam directam teneam ponamque esse equitatem. ut quicquid
in nobis inequalitatis est. hanc adhibentes et superducentes directo
regulam mandatorum dei. si quid in nobis curvum. si quid tortuosum est. ad huius
linee regulam resecetur. ut possit et de nobis dici. Equitas dilexit te.
Possumus autem etiam sic accipere. ut videantur simile esse quod dixit equitas
dilexit te. ac si dixisset. iustitia dilexit te. et veritas. et sapientia.
et prudentia. et singule queque virtutes. Nec mireris sane si di-
cimus virtutes esse que diligunt christum. cum in aliis ipsarum virtutum
substantiam christum soleamus accipere. quod et frequenter invenies in scriptu-
ris divinis per locis et oportunitatibus captari. Invenimus namque
ipsum et iustitiam dici. et pacem. et veritatem. Et rursum scriptum est in psalmis.
Iustitia et pax osculate sunt. et veritas de terra orta est. et iustitia de celo
prospexit. Que utique omnia et ipse esse. id est christus. et rursus ipsum dicuntur
amplecti. Sed et sponsus idem dicitur. etiam sponsa nominatur. ut in
propheta scriptum est. Sicut sponso imposuit michi mithram. et sicut
sponsam ornavit me ornamentis. Explicit liber primus.

Incipit liber secundus cantici canticorum Orienis.

exposit(io)

Homilia II. incipit

Fusca sum et formosa filie hierusalem. ut tabernacula cedar.
ut pelles salomonis. In aliis exemplaribus. legimus nigra sum
et formosa. Rursus in hoc persona sponse loquentis introducitur.
loquentis autem non ad illas adulescentulas que cum ipsa currere solent.
sed ad filias hierusalem. Quibus tamquam que derogaverint foedita-
ti eius. et respondere videtur et audire et dicere. Fusca sum quidem. et

nigra quantum ad colorem spectat o filie hierusalem, Formosa uero
si quis interna membrorum liniamenta perspiciat. Nam et tabernacula inquit
cedar. que est gens magna. nigredo ut obscuritas interpretatur. sed
et pelles salomonis nigre sunt. nec ob hoc tamen tanto regi in omnigla
sua pellium uisa est indecor nigredo; Non ergo mihi o filie ierusalem exprobrenti
culpam coloris. cum siue naturalis. siue exercitio quesita. corpori
pulchritudo non desit, Hec continet historicum drama, et propositę
fabulę species; Sed redeamus ad ordinem misticum; Hic sponsa que loquitur
ecclesię personam tenet. ex gentibus congregate. Filię uero ierusalem ad quas
eius sermo est. ille sunt animę que carissime quidem dicuntur propter electionem
patrum. inimicę propter euangelium; Iste ergo sunt filię hierusalem huius
terrenę. que uidentes ecclesiam ex gentibus. quamuis pro eo ignobilem
quod generositatem sibi abraham et isaac et iacob non possit adscribere.
obliuiscentem tamen populum suum et domum patris sui atque ad christum
uenientem. uelut spernunt eam. quod pro ignobilitate generis obfuscant;
Quod sponsa sentiens filias prioris populi imputare sibi; et pro hoc
etiam nigram se appellare. quasi que paterne eruditionis
non habeat claritatem. respondens eis ad hec dicens; Nigra sum
quidem o filię hierusalem, pro eo quod non descendendo de stirpe clarorum
uirorum. neque inluminationem moysi legis accepi. habeo tamen
pulchritudinem meam mecum; Namque et in me est illud primo quod
ad imaginem dei in me factum est, et nunc accedens ad uerbum
dei. recepi spetiem meam; Quamuis enim pro coloris obscuritate
conparetis me tabernaculis cedar. et pellibus salomonis, tamen et
cedar. ex hismahel descendit, Secundo namque loco ex hismahel
natus est; qui hismahel non fuit expers diuinę benedictionis;
Sed et pellibus salomonis conparatis me. que non alię sunt
quam pelles tabernaculi dei; Et tamen miror uos o filię
hierusalem. colloris michi exprobrare uelle nigredinem;
Quomodo non meministis. quod in lege uestra scriptum est; Quid
passa sit maria que derogauit moysi. cur ethiopissam
nigram accepisset uxorem. Quomodo ignoratis illius ma
gnis adumbrationem in me nunc sic esse compleri. Ego sum
etiam illa ethiopissa. ego sum nigra quidem pro ignobilitate generis,
Formosa uero propter penitentiam et fidem; Suscepi enim in me
filium dei, Recepi uerbum carnem factum. accessi ad eum qui est
imago dei. primogenitus omnis creature. et qui est splendor
glorię et figura substantię dei, et facta sum formosa. Tu ergo
ut quid imp properas comunicare teriri a peccato. quod utique
fieri lex uetat. Et quomodo tu gloriaris in lege

preuaricanſ legē· Verū qm̄ in hiſ locis ſumus. ubi eccła
que ex gentibus uenit. nigram ſe dicit ēē ⁊ formoſam;
quam uis longum uideatur ēē ⁊ operoſū colligere ex
ſcripturiſ diuiniſ. in quibus. ut qualit̄ ſacram̄ti huiuſ
forma pceſſerit. tam̄ michi penitus obmittendū n̄
uidet̄. ſed quam potuerit breuit̄ memorandū; Primo
ergo in libro numeroꝝ. de ethiopiſſa; Ita ſcptū ē; Et
locuta· ē· maria et aaron· et derogauert̄ de moyſe ppt
